A secundum naturam, sed secundum aliquem alium modum iam dictum, nisi fortassis prius secundum naturam dicatur & quicquid multis modis. Prima pars huius ex parte apparet, & quia est utilis in doctrina, & vix ab aliquo dubitatur, ipsam commemorare oportet postea quamprobare. Hanc enim concorditer attestantur Logici, naturalis scientia, & diuina, quæ & Theologia ac Theologi contestantur, de quarum copia, testimonij grata pauca sumam. Philosophus siquidem in Prædicamentis, positus quatuor modis Prioris, subiungit: Videatur aurem, præter eos qui dicti sunt, atque esse Prioris modus. Forum enim quæ concurentur secundum existentia consequentiam, quod alterius quoniamlibet causa est, dignè prius natura illo dicitur; quia vero quædam sunt huiusmodi, palam est. Esse namque hominem convertitur secundum existentia consequentiam ad veram de se orationem. Nam si est homo, vera est oratio, quæ dicitur, quoniam homo est; & si vera est oratio quæ dicitur, quia homo est, tunc consequitur hominem esse; est autem vera oratio quidem nequaquam causa quod sit res, verutamen videatur quodammodo res causa ut sit oratio vera. Dum enim res est, aut non est, aut vera oratio aut falsa dicatur necesse est; ideoque secundum quinque modos prius alterum iterum dicitur. Quis etiam in naturali scientia, aut in metaphysicali sapientia dubitet causas esse priores & superiores apud naturam causatis, puta simplex composito, generans generato, agens acto, & uniuersaliter mouens motu. Quoniam namque alter demostrarent Deum esse primum, & summum omnium secundum naturam? Quis etiam Theologus nesciat Deum verè & realiter praesulisse mundum & tempus, nec tam temporaliter, aut secundum aliquam durationem successivam, & longam veram, & realem, sed tam secundum causam & naturam, sicut ostendunt præmissa, 34. parte corollarij primi huius: Hoc idem testatur Boetius, quinto de Consolazione Philosophiae, prosa vltima. Augustinus 12. Confess. 28. sicut eadema pars allegat, & Anselmus de Veritate, 12. sicut tricesimo nono patet. Quot etiam testimonia, tricesimo quinto, & circa copiosè premissa ostendunt gratiam præcedere opera nostra bona, quod non temporaliter, sed causaliter atque naturaliter oportet intelligi: Quare & Petrus, secundo Sententiæ, Distinct. 26. Bonam, inquit, voluntatem fides præuenit, non tempore, sed causa & natura. Quis etiam negauerit Deum esse prius causalium, & ipsum prius causaliter, & ideo prius naturaliter agere in actione communi, sicut artificem instrumentum, sicut etiam ex proximo huic patet. Reliquæ vero particulae huius primæ partis per hæc & huiusmodi de faciliter apparebunt. Prima particula secunda pars evidenter consequitur ex hac prima. Sequitur enim, Deus suscitat istum spiritualiter vel corporaliter, ergo iste vivit correspondenter, & non convertitur; Ita vivit spiritualiter vel corporaliter, ergo Deus suscitat istum sic vel sic. Cum enim diu continuè vixerit, erit antecedens verum, & consequens falsum planè, quia Deus nequaquam continuè suscitat iam viventem, sed in initianti unico suscitavit. Aliqui quoque vivunt naturaliter, quos Deus non naturaliter suscitat, nec naturaliter suscitavit, sicut illi, qui nunquam erant naturaliter mortui: Aliqui etiam vivunt spiritualiter, quos Deus non sic suscitavit; nec etiam suscitavit, sicut sancti Angeli, Christus, & forsitan Mater Christi. Deus etiam vivit, qui nunquam fuerat suscitatus, quare ad hoc vivere nullatenus sequitur, quod Deus hoc suscitavit, sed è contra. Ponatur ergo quod Deus istum prius spiritualiter mortuum, nunc spiritualiter suscitavit vitam grata inspirando, tunc optimè sequitur, Deus hunc suscitavit, ergo hic est vivus, & non convertitur sicut superior est ostensum; & tamen Deum hunc suscitare est prius secundum naturam, quæm hunc esse vivum: Est enim causa illius; quia enim Deus hunc suscitavit, ideo est vivus, & non è contra. Similiter optimè sequitur, Deus vult suscitare nunc istum, ergo iste est vivus, per decimum huius, & non convertitur, sicut præcedentia manifestant. Et tamen Deum velle suscitare nunc illum est prius natura, quām istum esse vivum; est enim causa illius, causa sufficientis. Similiter optimè sequitur, Deus hoc creat, vel vult creare nunc hoc, ergo hoc est & non convertitur; non enim creat creata continua, sed tamen hoc est prius illo natura, quia causa illius. Similiter optimè sequitur, Ille homo habet gratiam, ergo est mundus à peccato mortali, & non convertitur. Aliquis enim posset esse mundus, à peccato mortali, & non habere gratiam, sicut forte secundum quosdam, sicut de primis parentibus ante lapsum, propter quæ mortuam, quod non habuerunt gratiam neque culpam, vel saltem potuit neque suscitat, & tamen ea habere gratiam est prius natura, quia causa illius: Gratia namque purgat peccata mortalia, sicut superior est ostensum. Secunda vero particula huius 2. clarissime sequitur ex hac præmissa, parentibus, tertia latet patet. Obiicitur forsitan, quod Phil. in Propt. ponendo modos prioris, at signans secundum, dicit illud esse prius secundum naturam, à quo non convertitur subsistendi consequentia. Non est ita: Dicit enim Philosophus quod illud est prius, quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam, & à quo non convertitur in eadem

II post

est consequentia; non tamen dicitur quod illud est prius natura sed potius contra dicitur. Dicitur A enim quod quicunque super modi Prioris, sicut erat iuperius recitatum, scilicet secundum tempus, non conversionem consequentia, ordinem, honorabilitatem, & secundum auctoram; si tamen secundus esset idem cum quinto, essent quatuor modi tantum. Prima autem particula tercera partis corollarij praebat iequiur evidenter ex prima particula secunda partis illius. Nam secundum illam aliquid est prius alio secundum naturam, à quo ad illud aliud tenet consequentia subsistendi. Non potest ergo subsistere sine illo; quod & potest aliter demonstrari. Deum namque velle gratificare ingratum, iustificare iniustum, dare ei gratiam & iustitiam facere eum gratum & iustum, est prius naturaliter quia causaliter, quam ipsu[m] esse gratum & iustum, sicut præhabita docuerunt. Deum etiam velle gratiam creatam esse seu quilibet creaturam, & creare ipsum est prius natura quam ipsam esse, quia causa illius, sicut nouum huius ostendit, & tamen hoc illis esse non possunt, sicut decimum huius probat, & mutua relatio manifestat. Prius quoque natura est dare quam recipere, agere quam pati, B mouere quam moueri, & tamen separari non possunt. Prius similiter naturaliter quia causaliter est istum recipere gratiam & habere quam peccata deleri, sicut superius monstrabatur; sicut & prius naturaliter, quia causaliter est aërem recipere lucem & habere; quam tenebras effigere, sicut & Solem esse, quam lucere intra vel extra, supposita dispositione omnimoda requisita; quod & videtur vauiersaliter verum esse de omnibus, quæ necessariò & inseparabiliter consequitur aliqua propria passio, seu aliquid proprium, aliqua actio; aliquisue effectus. Si quis vero obiciat, quod hæc est vna communissima regula & maxima generalis, Quicquid est prius alio secundum naturam, potest existere sine illo; videtur mihi quod non; Nec occurrit mihi ratio, neque Autoritas, in qua possit securi fundari ita generaliter intellecta: Posset tamen verificari per alias exceptiones, sicut regula Iuristarum, exponendo scilicet causas prædictas, & alios sicut oportet. Secunda vero particula huius tertie ex secunda particula partis secundæ consequitur evidenter. Oppositum autem videntur sentire Plato, Aristoteles, & Auerroes Philosophi nominati: Aristoteles namque 5. Metaph. 16. posuit multis modis, quibus aliqua dicuntur priora & posteriora, subiungit: Alia vero secundum naturam & substat: illam, quacunque contingit esse sine alijs, & illa non sine illis, quia definitione eius est Plato, quibus & concordat Auerroes in commento. Potest dici, quod illud est intelligendum secundum famositatem potius, quam secundum veritatem, & secundum opinionem Platonis; vel aliter quod potest intelligi sicut alia regula similis iam præmissa. Tertia autem particula huius tertie partis, per tertium particulatum secundæ faciliter ostendetur. Verum & aliter dici potest quod multi & quiocvant in prioritate naturæ; Aliqui namque magis propriè & profundi loquentes vocant prius secundum naturam, secundum causam, sicut prima particula primæ partis corollarij prælibat; Alij autem famosè & consuetè magis quam vero, secundum non conversionem consequentia, sive secundum consequentiam; alijs vero secundum possibiliter ascendi sine alio, non è contra, sicut ex præmisso apparer. Alij adhuc vocant prius secundum naturam, quod prius intenditur à natura, & sic totum dicitur prius parte, & finis illo quod est ad finem: Vnde Philosophus 1. Polit. 1. dicit, quod Civitas est prior natura quam dominus & vobis quisque. Amplius autem & prius secundum naturam non improbabiliter dici potest perfectius secundum naturam: Hæc autem à multis sophistarum discipulis, à multis Pelagianorum muscipulis, à multis multorum tendiculis, in ista materia & alijs pluribus elloquent, liberant, & præferunt. Ut autem omnes sagitte pestifer in Pelagianorum pharetra præparata facilius retundatur, vltius aduerendum, quod Poenitentia duplicitate fumitur, sicut etiam poenitentia, sicut & credere, & multa similia. Talia namque quandoque significant actionem, seu actum, quandoque vero habitum seu aptitudinem ad agendum: Actionem vero seu actum significant propriè, & maximè visitat; transumptu[m] autem secundum illam metaphoram, & speciem illam tropi, qua nomen effectus ad suam causam quandoque transfertur, significant habitum productivum huiusmodi actionis, seu aptitudinem ad agendum, & est satis creber modus loquendi tam apud vulgares, quam apud diuersum scientiarum peritos. Dicimus enim communiter, dicimusque Autores similiter, Aquila videt acutè, equus currit velociter, homo ridet, canis latrat, & ita de alijs, quanvis omnino dormiant vel qui escant, non actum, sed habitum seu aptitudinem intendentes, quod in libris de historia Animalium sepissime repertur. Quare & Philosopher 2. Eth. 6. Virtutem deficiens, & definitionem eius ostendens, Dicendum: inquit, quoniam omnipotens virtus, cuius vixque fuerit virtus, & id bene habens perficit, & opus eius bene reddit; propterea oculi virtus & oculum studiosum facit, & opus eius: Oculi enim virtute bene videamus; similiter & equi virtus & equum studiosum facit, & bonum ad currendum, & ferendu[m]

A dum ascensem, & expectandum bellatores. Si virga hoc in omnibus ira habet, & hemis virtus erit vixque habi[re]s, ex quo bonus homo fit, & à quo bene suum opus reddit. Cui & concordanter Apostolus: Charitas, inquit, patientis est, benigna est, omnia suffert &c. 1. ad Cor. 13: Quare & Augustinus de bono coniugij 37. ex p[ro]p[ri]etate inimicis capitalis docet diffusè, quod contineunt, patientia, & humilitas: quæ proprie[te]t[er] sonant in astu, quandoque & apud quodam scripturam. In p[ro]p[ri]etate v[er]itas ipsa dicens. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur, Marc. 16. quod intelligendum videatur de habitualiter credere, scilicet fidem, id est, habitum fidei habere propter parvulos baptizatos, qui non credunt actualiter, sed tantum habitualiter, id est, non habent actum fidei, sed tantummodo habitum; nec damnantur. Quare & Innocentius tertius scribens Arelatensis Episcopo, sicut recitat[ur] Exira, de baptismō & eius effectu, Maiores recitat[ur], approbando quod nonnulli concedunt, quod parvuli credunt, non per v[er]bum, sed per habitum fidei quoniam "feliciter in baptismo", sicut & alia "feliciter multa verba secundum communem v[er]bum loquendi, non ad actum, sed ad "aptitudinem refertur. Cui & concordanter Augustinus, sicut allegatur de consecrat. distinet. 4. Quis autem: tem[per]tus, inquit, nescit, credere esse in infantibus: baptizari? non credere autem non baptizari? qui & Epistola 14. ad Bonifacium querentem, cum interrogatur de parvulo baptizato, An credit in Deum, & responderetur, quod credit, nunquid hoc accepit[ur]um sit pro tunc vel pro futuro, scilicet quod credet in maiori etate, respondendo, sic ait: Nil est aliud credere, quam fidem habere; ac per hoc, cum responderetur parvulus credere, qui fidei nondum haberet actum, responderetur eum fidem habere propter fidei sacramentum, & conuerte se ad Deum propter conuersationis sacramentum: Qui & de alijs responsionibus pro parvulo redditus, de alijs eius operibus sentit idem: Nec mirum si nomen actus transferatur ad habitum, quia & quandoque similis translatio sit è conitu, sicut ex 39° patet. Pater ergo ex præmisso per locum à simili, quod p[re]nitere & p[re]nentia, conteri & contritio, & similia, quād[ic]oque significant actum seu v[er]bum, quandoque vero significant habitum effectuum talis actus seu v[er]bus, & insinu actualiter facientes, habitum scilicet charitatis & gratiae datum: gratia peccatori, vnde bene, iuste, & meritorie Deum gratioso diligit, & propter eum p[re]nitere de peccatis. Quare & Petrus 4. sent. dist. 14. Imbutos, inquit, vitiis animos exuere, atque emendare virtutis est perfecte & arque eccl[esi]is gratia, & ideo sane ira potest definiri p[re]nitentia. Poenitentia est virtus, vel gratia; quia commissionalia, cum emendationis proposito, plangimus, & odimus, & planienda vicerius committere nolumus. Autoritates ergo quamplurime, affirmantes p[re]nitentiam delere peccata, infirmates sanare, mortuos suscitare, & similia, seu ista per p[re]nitentiam fieri, possit iuxta præmissa conuenienter intelligi de p[re]nitentia habituali predicta, que est causa p[re]nitentie actualis: Quare & Glossa super principium distinctionis de p[re]nitentia, pro opinione contraria superioris allegata, Remissio, inquit, peccatorum p[re]cedit cordis contritionem: Non enim potest quisquam vero conteni, nisi prius habeat fidem per dilectionem operantem. Dicuntur ergo peccata dimitti per contritionem, hoc est per illud quod facit cordis contritionem, id est, per charitatem. P[re]nitentia insuper actualis quād[ic]um est formata, quād[ic]um informis; quād[ic]um meritoria, quād[ic]um or[ati]onaria: De p[re]nitentia autem informi dicitur Sapient. 5. Tunc dicent intra se p[re]nitentiam agentes, &c. & Mat. 27. Tunc Iudas p[re]nitentia duxit retulit 30. argenteos &c. quibus & occurunt multa similia in Scriptura: P[re]nitentia autem actualis formata & meritoria est, que procedit ex charitate & gratia, ac formatur; Informis vero & or[ati]onaria est quād[ic]um tristitia de peccato, timore peccati, timore incommodi, timore seruili, p[re]cedens temporaliter gratiam, & p[re]operans peccatorem ad dimissionem peccari, ad operationem boni, & ad receptionem gratie & p[re]nitentia salutaris, sicut 37° docebatur; talis autem p[re]nitentia, semper vel plenum, sicut credo, p[re]cedit gratiam justificationem, & veram p[re]nitentiam in adultis: Eiusmodi etiam est omnis disiplentia, horror, abominatione, detestatio, & improbaratio peccatorum, gratiam iustificantem, & veram p[re]nitentiam antecedens. Talis autem p[re]nitentia communiter nascitur ex timore p[re]nitentie inferni, ex timore incommodi, ex timore seruili: Quare & Dominus hunc timorem velut villem, peccatoribus imprimit etiam ingeminando, sic dicens: Timete eum qui potest & corpus & animam perdere in gehennam, Matthæo. & Luc. 12. Timete eum qui potest occidit, habet potestatem misericordie in gehennam, ita dico vobis, hunc timete: Vnde & Parabol. 13. Pergit ergo Domini declinat omnia à malo. Et supra 1. Timor Domini principi sapientie, quod Beda exponens, sicut allegat Petrus 3. sen. dist. 34. Duo, inquit, sunt timores Domini, servulus qui principi est sapientie, & animalis qui perfectione sapientie comitatur; seruillus principi sapientie est, quia qui post errata sapere incipit, primo timore corripitur divino ne puniatur, sed

*Thomae Bradwardini*

accedit

tur; sed hunc perfecta charitas foras mittit; succedit huic uim Dominus Sanctus permanens A in seculum seculi. Beatus etiam Augustinus exposens illud Psal. 127. Beati omnes qui timent Dominum, loquens de isto duplice timore, quod uirorum uetus est castus & permanet in seculum seculi, & aliis excludit charitate scire art. Aliquum propter ea tantum timet, ne aliquis derelictus in terra patiantur, ne illis agitudo recidat, ne damnum, ne orbitas, ne aliquis amico chati, ne exilium, ne damnatio carceris, ne aliquia tribulatio, propterea timet & tremunt, adhuc iste timor non est castus; aliud audi. Aut non in hac terrena pau timet, sed genitinas timeret, unde terruit & Dominus, auditus cum Euangelium legeretur, ubi ex misericordia corum non moritur, & ignis non extinguitur. Audient huc homines, & quia vere futura sunt impij, timent ex contingen- tia peccato, tunc caro quidem, sed non anima iustitiam: cura autem per timorem se continent a peccato, hi consuetudo iustitiae, & incipit, quod durum erat, amari, & dulcescit Deus, & iam incipit homo propter ea iuste vivere, non qua timer poenas, sed qui amat aternitatem. Exclusus ergo timor a charitate, sed in excessu timor castus, quis enim timor castus? Secundum quem debemus Fratres mei, intelligere quod dictum est, Beati omnes qui timent Domini- num, qui ambulant in vijs eius. Qui & exponendo Epistola primam Iohannis homilia 9<sup>a</sup>. Incipiat inquit, timor, quia initium sapientie dicitur Doceini: Timor quasi locum preparat charitatem. Cum autem caperit, charitas habitare, pellitur timor qui preparauit locum; quia sicut vidimus per seram introduci lumen quando aliquid luminatur; ita prius intrat, quae nisi prius esset, non succedit luci; sic primo timor occupat mentem, non ibi autem remanet timor, quia ideo intravit ut introduceret charitatem. Autoritates ergo quae videntur asserere penitentiam precedere & facere iustificationem, & purgationem peccatorum, possunt intelligi de penitentia informe & preparatoria, quod haec facit, quia mouet & excitat, disponit & preparat ut haec sint. Omnia autem ista & illis similia, puta vnde principium mutationis, Conciliator, Medicus, & vaues, sicut omne mirans ad tertiam speciem causae, quae comminiter appellatur efficiens, reducuntur, sicut Philos. 2. Phyl. 2. 29. & 31. & 5. Metaphyl. 2. C manifestat. Talius autem videtur fuisse baptismus penitentia, quem Iohannes praedicauit in remissionem peccatorum, sicut Luc. 3. recitat. Super quod verbum Chrysostomus sicut re- citatur in Gloria, & patim per Pelagianos obiectebatur superius, ita dicit, Cum nondum ob- lata esset hostia, nec descendisset Spiritus, qualiter erat fienda remissio? quid est ergo quod Lucas dicit, In remissionem peccatorum? Erant siquidem Iudei ignorati, nec culpas proprias perpetuebant. Quoniam igitur haec erat causa malorum, ut peccata agnoscerent ad redemp- D torum querendum, venit Iohannes horias illios penitentiam agere, ut per penitentiam effetti meliores aequi contriti ad recipiendum veniam satagant. Apud ergo cum dixisset, quod venit praedicans baptismum penitentia, adiecit In remissionem peccatorum, quasi dicere, Idcirco siue debet illis occurrere, ut subsequenter veniam facilius impetrarent credentes in Christum. Nam nisi penitentia ducerentur, nequam expoloscerent gratiam. Vnde baptisma illud nullam aliam habuit causam, nisi quod praeparatorium erat ad fidem Christi. Hoc idem tenet beatus Gregorius, & alii Catholici tractatores. Quare & Petrus 4. Sicut dist. 2. sic ait, Baptismum Christi Iohannes suo baptismo praeuentauit, qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu, sicut ipse ait, Ego baptizo vos in aqua in penitentiam: Sola enim corpora a bluenter, a peccatis vero non mundabat. Baptismus vero Iohannis fuit in penitentia non in remissionem, baptismus Christi in remissionem; quia Iohannes baptizans homines ad penitentiam vocabat, & quos baptizabat penitentia docebat, secundum illud, Veniebat ad Iohannem in Iordanem, coniteantes peccata sua; sed in baptismio Iohannis non dabatur peccatorum remissio quae data est in Christi baptismio. Ad quid ergo, ex quo non conterebat gratiam, vnde erat baptismus Iohannis? quia homines vbi baptizandi praeparabat ad baptismum Christi. Quare & similiter Augustinus super illud Psal. 110. Confessio & magnificencia opus eius, tales Autoritates taliter intelligendas ostendens. Quid inquit, magna- ficiencia quam iustificare impium? sed opus fortasse hominis praeuentis & magnificenciam Dei, ut cum fuerit peccata confessus, iustificari mereatur. Descendit enim de templo iustifica- tivus publicanus magis quam ille Phariseus, quia neque oculos audebat ad eccliam levare, sed percutiebat peccatum suum, dicens, Domine, propitiatus esto mihi peccator. Haec est magna- ficiencia Domini, iustificatio peccatoris, quoniam qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur: Haec est magnificencia Domini, quoniam cui plurimum dimicatur, pluri- um diligit. Haec est magnificencia Domini, quoniam ubi abundauit peccatum, & sacerdotibus gratia, sed fortasse ex operibus; Non, inquit, ex operibus, sicut ex operibus ipsius enim sumus signum creati in Christo, in operibus bonis. Iustitiam enim homo non ope- rat nisi iustificatus, Credens autem in eum qui iustificat impium, a fide incepit, ut bona opera no-

A non-precedentia quod ineruit, sed consequentia quod accepit, ostendant. Vnde ergo illa confessio: nondum quidem est opus iustitiae, sed delicti improbatio. Ecce ergo secundum Augustinianum, quod confessio peccati iustificationem peccatoris praecedens, non est opus ius- titiae, sed tantum improbatio delicti, abominatio & detestatio peccatorum, quae sine disipli- centia, tristitia, & penitentia nunquam fuit. Verum ne quis Pelagianorum habeat latenter confessionem preparacionem & informem sibi audeat vendicare, statim iubingerit. Sed nec in ipsa de te, homo, glorias, ut qui glorietur, in Detinendo glorietur. Quid enim habes quod non accepisti? Non ergo sola magnificencia qua iustificatur impius, sed & confessio & magnificencia opus eius. Quid ergo dicemus? qui in uite miseretur & quem uult, obdurat: nun- quid iniurias apud Deum? ablit. Peccatum quodcumque aseculum formaram, & meritoriam iustificare in iustum, & delere peccata duplicitate potest intelligi, scilicet antecedenter naturaliter, & concomitante ac subsequenter secundum legem statutum. Antecedenter, ita quod praecedat naturaliter iustificationem, & deletionem peccati, & saluum est, sicut superius est. Ofer- B stensum: concomitante & subsequenter ita, quod in omni iustificatione peccatoris adulteri, & deletionem sui peccati secundum legem praesentem inseparanter concomiteret & naturaliter subsequatur talis penitentia actualis, verum est, sicut superius est ostensum: Hoc modo lo- quitur beatus Jacobus Apostolus in Epistola sua, cap. 2<sup>a</sup>. ubi cum Pelagiani superius allegari- ceat, dicendo hominem iustificare non ex fide tantum, sed ex operibus etiam extrinsecis, quae magis opera nuncupantur, quia non iustificatur sine illis, id est, non manerius est ex sola fide sine operibus, cum opportunitas sine necessitate fuerit operandi, quia fides tunc sine ope- ribus moritur per abscessum charitatis, quae est vita & forma fidei Christianae, quae & semper cum opus fuerit, operatur, sicut virtusque praecedentia manifestant. Quare & secundum cum fides per opera consummatur, & uiuenda conservatur, & homo iustus seruatur. Intendit enim principaliter ibi resellere heres quorundam occasione forsan illius verbi Dominicis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, seu illius dicti Apostoli; Neminem scilicet iusti- ficari ex operibus, superius allegati, dicentium primum baptismum, & credentem in Christum esse iustum & salvandum etiam sine bonis operibus quibuscumque. Vnde sic ait: Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? inquit fides potest salvare cum? Si autem frater aut soror nudi sint, & indigent vestu quotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis: Ite in pace, calefaciunmini & saturamini, non dederit autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Si & fides, si non habet opera, mortua est in se- metipsa. Tu credis, quoniam unus est Deus, bene facis; & Deum credunt & contem- nunt. Vis autem scire, O homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est, vel secundum aliam literam mortua est? Abraham pater noster, nomine ex operibus iustificatus est, ossibus Isaac filii suum super altare. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex ope- ribus fides consummata est; & implera est Scriptura, dicens: Credisit Abraham Deo, & re- D patitur, est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videbis quoniam ex operibus homo iustificatur, & non ex fide tantum: Sed quis legens historiam Genesis, nesciat Abraham fuisse iustum, & familiarem Dei amicum, priusquam obulit filium suum, seu prius voluit obulisse. Non fuit ergo ex isto opere iustificatus antecedenter, sed tantum concomitante & subse- quenter, ex isto scilicet opere subsequente fidem suam & iustitiam, quando necessaria hoc exigit, fidelis & iustus in sua fide & iustitia conservatus, quam alias perdidisset, praecipitu Domini contemnendo. Quare & Augustinus super Psal. 31. tractat, primo, volens concordare dictum Pauli ad Rom. 4. Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum; quid enim dicit Scriptura: Credisit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & dictum Iacobi memoratum obiectio & respondendo, sic ait: Vides, inquit hereticus, quia non ex operibus, sed ex fide iustificatus est Abraham. Faciam ergo quicquid volo, quia erit bona ope- ra non habuero, & tantum credidero in Deum, depuratur milius ad iustitiam. Responde ergo tanquam contra Apostolum, & dico de ipso Abraham, quod inuenimus eum in Epist. alterius Apostoli, qui volebat corrigerem homines, qui male intellexerant istum Apost. Ita cubuit enim in Epist. sua contra eos, qui solebant bene operari, de sola fide praesumentes ipsius Abraham com- mendauit opus Paulus fidem. Non iunt sibi aduersi Apostoli, dicit autem opus omnibus nouum, Abraham filium suum immolandum Deo oblitus; magnum opus, sed ex fide: laude super iustificationem operis, sed video fidei fundamentum, laude fructum boni operis; fedis fidei agnoscere radicem. Si autem hoc preter fidem restans ficeret Abraham, nihil illi prodesset qualecumque illud opus esset. Rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus im- peraret offerte sibi immolandum filium, diceret apud semetipsum: Non facio & tamen credo, quia me etiam contemnentes iusta liberat Deus, fides sine operibus mor- tua esset,

non esset, & tanquam radix sine fructu steriles acque arida remaneret. Quid ergo opera debemus praepondere fidei, id est, ye ante fidem quicquid dicitur bene operari. Et se. Fratres, ex fide iustificans est Abraham: sed si idem opera non rescesserit, tamen secuta sunt. Numquid enim fides tua sterilis erit, si sterilis non es? sterilis non est ipsa, tene fidem operatus; Dicit enim Apostolus fidem quae per dilectionem operatur. Idem de spiritu & litera concordans illud dictum Apostoli per Pelagianos superius allegatum, Factores legis iustificabuntur, ad Rom. 2. cum alio cius dicto, Arbitrariut iustificari hominem per fidem absque operibus legis, ad Rom. 3. Neque, inquit, contra leplum diceret quod sit, Factores legis iustificabuntur, tanquam per opera non per gratiam iustificentur, cum dicat gratis iustificari hominem per fidem sine operibus legis, nihil aliud volens intelligi iteo quod dicit gratis, nisi quia iustificationem opera non procedunt. Aperte quippe alibi ait, Si gratiam sibi ex operibus, alioquin gratia tam non est gratia; sed sic intelligendum est, Factores legis iustificabuntur, ut sciamus eos aliter non esse factores legis, nisi iustificentur, non ut iustificatio factotibus accedat, sed ut factores iustificatio precedat. Quid enim est aliud iustificati quam iusti facti, ab illo scilicet qui iustificat impium ut ex impiis fiat iustus. Si enim iter loqueretur ut diceremus, Homines liberabuntur, hoc vtique intelligetur eis, qui iam homines essent, accedere liberationem; si autem diceremus, Homines creabuntur, non vtique intelligeretur eos creari qui erant, sed ipsa creatione homines heri, Ita si dictum esset, Factores legis honorabuntur, non recte intelligeremus, nisi honorem illis, qui iam essem factores, legis accedere; cum vero dictum est, Factores legis iustificabuntur, quid aliud dictum est, quam iusti iustificabuntur? Factores enim legis vtique iusti sunt; ac per hoc tandem est ut si diceremus, Factores legis creabuntur, non qui iam erant, sed vi sibi, ut sic intelligenter etiam Iudei legis auditores, indigere se gratia iustificatoris, ut possint esse factores. Simili quoque modo dicuntur peccata per oris confessionem dimitti, licet secunda secta ita videlicet quod oris confessio antecedat tempore vel natura dimissionem peccatorum mortalium quoad culpam, sicut & contra eandem fuit ostensum, sed concordanter & subsequente secundum legem statutam, quia videlicet ad iustificationem iniusti, & confessionali iustici, oportet secundum legem Ecclesie, si facultas affuerit, quod oris confessio subsequatur; alioquin proprius contemptum redeunt peccata prius in contritione & propria confiteaduoleta; redirent, inquit, vere vel impuniter, seu & quod ponderante secundum reatum, vel etiam preponderanter propter aggrauationem noui contemptus adiuncti. Hoc modo similiiter dicuntur peccata in adultis per baptismum remitti. Quis enim catholice dubitas, etiam peccatores magnos & partios in remissionem peccatorum communiter baptizari, sicut baptizatio in remissionem peccatorum est communiter institutum? Quis enim non profitetur Concilium Nicenum, quod pro tota Christi Ecclesia & singulis filiis eius dicit, Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum? Multi tamen adulti ante baptismum aquae seu fluminis, in baptismo flaminis credentes in Christum, & in baptismi penitentia a peccatis omnibus sunt mundati, sicut superius contra secundam sectam medianum monstrabatur. Iti ergo baptizantur in remissionem peccatorum, non antecedenter, sed subsequenter modis predictis. Adhuc autem poenitentiam actualem iustificare iniustum, & delere peccata potest habere duplum in effectum, scilicet effectum vel ostensum, manifestatum. Actusnam namque poenitentia, & maxime qualis in Ecclesia celebratur, ostendit, manifestat, & est signum quod poenitentia iustificatur, & quod eius peccata sunt delata: Sic enim communiter & catholicice dicimus: per oris confessionem, & poena- tem clavium, scilicet absolutionem sacerdotis peccata dimitti, sicut secunda secta, & tercia mediantum demonstrabant, quod tamen non potest intelligi proprio, effectivo, sicut contra easdem superius est ostensum, sed manifestatio & significatio: Manifestant enim, & sunt signa in loto Ecclesie quod peccata sunt dimissi confessio & absolutionis secundum leges Ecclesie constitutas. Quare & de poenitentia dist. 1. postquam valide est probatum, peccata per gratiam ante confessionem dimitti, subiungitur, si itaque confessio ad ostensionem poenitentiae, non ad inpetrationem veniae; & sicut circumdictio data est Abraham in signum iustitiae non in causam iustificationis, sic confessio offertur Sacerdoti in signum veniae accepta, non in causam remissionis accipienda. Quare & Glossa super principium illius prima distinctione recitata opinione dicente, quod sola cordis contritus non delere peccata, vbi copia Sacerdotis haberet, subiungit; sed quicquid dicat, die quod nec cordis contritus, nec oris confessio peccata dimittuntur, sed tantum gratia Dei; sed ipsa cordis contritus signum est peccata esse dimissa, sicut exterior satisfactione est signum cordis contritionis. Cui & concorditer

Petrus

- A Petrus 4. sent. dist. 17. Confessio; inquit, est testimonium conscientie Deum timens. *Lembardus.* Hunc & consonat illud superioris allegatum, quod Christus praecepit leprosi mundato ostendere se Sacerdotibus, & offerre pro emundatione sua non impetranda sed habita, quod praecepit Moses in testimonium illis, non dixit in efficientiam, sed in signum munditiae consecutus. Quare & congrue Leuit. 14. vbi traditor ritus leprosi mundandi, praecepit quod leprosus mundatus ad Sacerdotem, qui cum inuenierit lepram esse mundaram, praecepit ei vi offerat illa, ut sic qui in mundus est, iure purgetur. Sed quomodo mundatus non inter seu purgator, cuius lepra iam prius est mundata, & mundata inuenta, nisi quia mundus, seu mundus purgatus, seu purus ostenditur iudicio Sacerdotis. Certum est enim: Sacerdotes legales, leprolos nequam miraculos & effectu mundasse, sed mundatos per prius seu mundos tantummodo indicasse, quod & plane exprimit verba legis. Cum, inquit lex praetexta, Sacerdos inueniter lepram esse mundatam, faciet haec & illa. Qui etiam modus loquendi supra eiusdem 13. expressus & lepius invenitur, vbi traduntur leges de eo quod apparet, sed dubitatur esse leprolos, quod debet adduci ad Sacerdotem, & secundum eius iudicium repurari mundus vel immundus: vbi & in casu quo iudicabitur esse mundus, quandoque dicit quod mundabitur cum Sacerdoti, id est, mundus iudicabitur, sicut planum est, & Glossa testatur. Quare & textus sati plane seplum exponus in casu predicto, quandoque dicit quod considerabit cum Sacerdos, & mundum esse decerner, quandoque vero quod pronunciet cum mundum. Vbi etiam in casu quo debet iudicari immundus, quandoque dicit, quod contaminabitur cum Sacerdos, id est, secundum Clossam, contaminatum iudicabitur; & quandoque dicit expressius quod taliter teneri a lepra iudicabitur, quandoque vero quod Sacerdos iudicetur, & inter immundos reputabitur. Quod & plane testatur, autoritas beati Hieronymi contra secundam tertiam allegata. Quare & Petrus 4. sentent. distin. 18. Alter, inquit, soluit Deus vel ligat, alter Ecclesia. Ipse enim per se tantum ita dimittit peccatum, quia & animam mundat ab omni interiori macula, & a debito aeterna mortis solvit. Non autem Sacerdotibus hoc concessit, quibus tamen praebebat potestatem ligandi & solvendi, id est, ostendendi homines, etiam ligatos & solutos. Vnde & Dominus leprosum sanitati prius restituit per se, deinde ad Sacerdotes misit, quorum iudicio ostendebatur mundatus. Item & Lazarum iam viuis datum obtulit discipulis solvendum, quia triam aliquis sit apud Deum solitus, non tamen in facie Ecclesie solitus habetur, nisi per iudicium Sacerdotis. In solvendis igitur culpis vel retinendis ita operatur Sacerdos Euangelicus & iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, que peccatum figurat, idque iuri & officij habent Sacerdotes Euangelici, quod olim habebant legias sub lege in curandis leprosis. Hinc dimitunt peccata vel reiorient, dum dimitti a Deo vel reiorient iudicata vel ostendunt. Stimuler etiam loquitur Augustinus de spiritu & litera 20. vbi posita una expositione illius Apostolicis dicit ad *Augustinum.*
- B C vel ligat, alter Ecclesia. Ipse enim per se tantum ita dimittit peccatum, quia & animam mundat ab omni interiori macula, & a debito aeterna mortis solvit. Non autem Sacerdotibus hoc concessit, quibus tamen praebebat potestatem ligandi & solvendi, id est, ostendendi homines, etiam ligatos & solutos. Vnde & Dominus leprosum sanitati prius restituit per se, deinde ad Sacerdotes misit, quorum iudicio ostendebatur mundatus. Item & Lazarum iam viuis datum obtulit discipulis solvendum, quia triam aliquis sit apud Deum solitus, non tamen in facie Ecclesie solitus habetur, nisi per iudicium Sacerdotis. In solvendis igitur culpis vel retinendis ita operatur Sacerdos Euangelicus & iudicat, sicut olim legalis in illis qui contaminati erant lepra, que peccatum figurat, idque iuri & officij habent Sacerdotes Euangelici, quod olim habebant legias sub lege in curandis leprosis. Hinc dimitunt peccata vel reiorient, dum dimitti a Deo vel reiorient iudicata vel ostendunt. Stimuler etiam loquitur Augustinus de spiritu & litera 20. vbi posita una expositione illius Apostolicis dicit ad *Augustinum.*
- D D Romanos, Factores legis iustificabuntur, superius recitata, subiungens secundam, sic ait, Aut certe ita dictum est, Iustificabuntur, ac si diceretur, Iusti habebuntur, iusti deputabuntur, sicut dictum est de quadam. Ille autem volens iustificare se, id est, ut iustus haberetur, & deputaretur. Vnde alter dicitur, Deus sanctificat sanctos suos; alter autem sanctificatur nomine tuum. Illud ideo quia ipse illos facit sanctos esse qui non erant sancti. Hoc autem ideo, ut quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab omnibus habetur, id est, sancte timeatur. Ad similem ergo modum loquendi non incongrue potest dici, quod contritus seu poenitentia actualis iustificat impium, & delere peccata, scilicet ostensum, manifestatum, sicut etiam significativum, licet non proprio effectu. Amplius autem poenitentiam actualem delere peccatum, potest intelligi quantum ad culpam, vel quantum ad poenam, seu satisfactionem debitam, seu statutam. Quis enim ignorat peccatorem debere poenitentem, & autoritatem clavium a peccato solutum eadem autoritate ad poenam & satisfactionem ligari? Quanquam igitur peccator per infusionem gratiae statim immedie iustificetur, & a peccato purgetur quantum ad culpam seu maculam, manet tamen dimissi obligatus ad poenam temporalem, & ad satisfactionem congruum faciendam. Contritus autem & poenitentia interior & exterior, pura, confessio, erubescencia, ieiunium, oratio, & elemosyna est pars huius poenitentiae & satisfactionis predictae. Contritus tamen & poenitentia interior posset esse tanta, tam vehementer, tam intensa, quod ipsa plene sufficeret sine alia poenitentia aut satisfactione extrinseca facienda. Rationabiliter ergo dici potest, contritionem & poenitentiam actualem iustificare iniustum & delere peccata, quantum ad solutionem penitentiae & satisfactionis debitis pro peccato. Dicitur enim peccator iustificari, & purgari a peccato per satisfactionem & opera satisfactionis, pura per leplum, per orationes, per elemosynas, & similia, sicut quartae secta medianum recitat, cum tamen

certum.

certum sit, peccatum quantum ad culpam & maculam prius esse dimissum: si cui contra eandem A sunt ostensum, quod adeo debet intelligi modo dicto: Si autem loquitur lex, immo Dominus in lege, Leuit. 4. & 5. frequenter dicendo, si quis peccaverit hoc modo vel illis offerat hoc vel illud, rogabique pro eo Sacerdos, & dimittetur ei. Vbi & primo capitulo precipiatur, quod anima cuius neccauerit talis modo, agat penitentiam de peccato, & offerat hoc vel illud rogabique pro eo Sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei; & infra magis expresse iubetur quod anima inferens dampnum in rebus sanctificatis Domino, in rebus refutetur proximi, restituatur integrum cum ea ablata, & in superiuam partem offeratur arietem immaculatum degregibus Sacerdoti, iuxta menturam confessionem peccati, qui corabit pro eo, & dimittetur ei pro singulis quae faciendo peccauit. Huc & consonat, quod contritus, confessi, & absolti, quare & perficeantur a culpa & maculis peccatorum, adhuc pro satisfactione a Sacerdotibus ei summa, dicendo frequenter orationem dominicam, orant Patrem Coledem, accents. Domine nobis debita nostra, vel sicut Luc. 2. 1. recitat, dimittit nobis peccata B nostralia. Domine, inquit, nobis debita nostra sunt peccata, quantum scilicet ad ostensum tuum destrum, quantum ad punitionem & satisfactionem, quae prius dimitti sunt quantum ad maculam sine culpa. Quare & Apfelmus: Cur Deus homo 20. dialogizando sic ait. Quid est quod dicitur Deo, dimittit nobis debita nostra, & omnia geos orat Deum, quem crevit, ut dimittat, sibi peccata: Si enim solutus quod debet, cur oramus ut dimittat? Nunquid Deus iniustus est, ut veriter exigat quod solutum est? Si autem non solutus, cur fructus oramus ut faciat, quod quia non conuenit facere non potest, aut qui non solutus frustra dicit dimittit, qui autem solutus, supplicat, quoniam hoc ipsum pertinet ad solutionem ut supplicet. Huius quoque concordat quod resert beatus Gregorius super Euangelia homilia 34. de quodam nomine Victorino, qui era opulenta substantia & peccator, sed reatus sui consideratione compunctus, erexit se contra se mundi huius omnia dereliquerit, Monasterium petijit, in quo nimis Monasterio tanto humilitatis, tantoq; abi distinctionis existit, ut cuncti fratres, qui illuc ad amorem diuinitatis exercuerant, suam cogenerent vitam despiceret, dum illius penitentiam viderent. Studiis namq; toto mentis ansiu cruciare carnem, proprias voluntates strangle, fortius orationes querere, quotidiani lacrymis laetare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere. Hic itaq; nocturnas fratrum vigilias praeuenire consuebat, & quia mens in anno Monasterium sicut est ex uno latere in secessione parte prominebat, illic consuetudinem fecerat ante vigilias egredi, ut se quotidie in fletu poenitentiae quanto secreterus tanto liberius mactaret: Contemplabatur namq; distinctionem venturi iudicij sui, & iam eidem iudicii concordans puniebat in lacrymis facinoris suorum. Quadam autem nocte, explorante & vidente Abbatem Victorino, in secreto montis latere diu in oratione prostrato, lux ecclitis diffundebatur subito super eum, tantaq; claritas ibi se paterat, ut tota pars regionis illius ex ipsa candesceret; Vox etiam venit dicens, Dimissum est tibi peccatum tuum. Adhuc autem iuxta distinctionem premissam potest elici alia consequenter. Penitentiam sequitur D dem actualem iustificare in iustum, potest intelligi vel quantum ad deletionem maculae peccati seu culpa, vel quantum ad plenam reconciliationem Deo offenso, & reformationem plenariam status sicut. Dimisso namq; peccato cuiusdam quoad culpam, adhuc remanet Deus curatus, vult enim adhuc ei positionem seu penam satisfactoriam pro peccato. Ira namq; Dei dicitur 2. 3. primi & turba Doctorum testatur, non est aliqua commonia, turbatio ipius, sed tantum voluntas puniendo, & ius effectus, ipsa videlicet punio sua poena. Quod bene aduertens Propheta, & plangens, sic ait, Deus copuerit nos &c. Domine Deus virtutum quecumque; traxeris super orationes seru tui, scilicet cibos & bibos nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Psal. 79. In mensura, scilicet poena contra me suram culpa, sicut Esaias 27. dicitur, & precedenter manifestat. Quare & Augustinus exponens versum Psalmi, de ira Dei premissum, sicut, Irasceris in orationem inimici tui, & adhuc irascens in orationem seru tui. Convenit nos agnouimus, & adhuc irasceris in orationem seru E tu. Ita plane irasceris ut Pater, corrugens, non rupide, damnans. Ne putes iam transseire iram Dei quia conuersus es; tradidisse te ira Dei, sed ne damnet in eternum; flagellarum non parci, quia flagellat omnem filium quem recipit, sed tamen quādū irasceris in orationem seru tu, non iam inimici nisi quādū sic cibos nos, & cetera, supradicta. Nec etiam peccator, peccato dimisso, statim habet reformationem plenariam status sui, sicut evidenter sequitur ex predictis; adhuc etiam remanet debitor poena, & satisfactionis debitis pro peccato. Habet quoque ut plenum quādū in firmatam ex peccato contrā tam, scilicet facilitatem ad malum & difficultatem ad bonum. Ad reformationem ergo plenariam impetrāndam, valer contritio & poenitentia interior, & exterior poenitenti, sicut sequitur

A quitur ex premisis, sicut etiā recteatur Beatus datus de gratia & libero arbitrio, & superius ostendit. Recruxit. Quare & Augustinus de vera & falsa poenitentia, 17. Studeat, inquit, quādū delicta corrigeret, ut post mortem non poterit per misericordiam penitentia. Quādū enim peccata sunt, quā sunt mortalia, & in poenitentia sunt venialia, sed non sicut sanata; Sep̄ enim quādū regit inoratur, si non medicaretur, nec statim sanatur; languet vivitus, qui erat moriturus. Et supra 13. Peccatum fit veniale per confessionem quod erat criminale in operatione, & si non statim purgatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Dicique Apfelmus, 1. Cur Deus homo, 25. Beatitudinem nulli dari debere, nisi illi cui penitus dimissa sunt peccata, nec hanc dimissionem fieri debito redditio quod debetur pro peccato secundum magnitudinem peccati. Innuit ergo planū quod peccatum dimittitur aliquatenus, sed nos penitus, partialiter, non totaliter, dimittit, non picne ante solutionem plenariam totus debet pro peccato. Per hanc autem & huiusmodi diuinam gratia inspirante, autoritates praemissae & alias similes, B quae evidenter ita sententiam impugnare ad concordiam reducentur, omnes Pelagiitorum arguta dissidenti, & omnes obiectiones ait respondunt. Porro licet peccatum per intuitum gratiae ante naturaliter contritionem, confessionem, absolutionem, & satisfactionem plenariam, quantum ad culpam & maculam deleatur, sicut superius est ostensum, remaneat tamen peccator obligatus ad satisfactionem plenariam & debitam pro peccato, sicut superius est ostensum. Contritio autem, confessio, absolutionis debita quod statim, & receptio, & qualibet operis satisfactio est satisfactorio quoquomodo, quia partialiter vel totaliter pro peccato, valet quae ad tristum, ad humilitatem, ad cauendum peccatum, & ad carnem belligerant subiugandum. Nihil ergo horum est superfluum, inutile, otiosum, sicut superius est obiectum. Quare & Augustinus de vera & falsa poenitentia, 13. Erubescens, inquit, ipsa partem haber remissionis. Ex misericordia enim hoc praecepit Dominus, & nemo preueniret in occulto. In hoc enim quod per seipsum dicit sacerdoti, & ceteris videntur C tunc offensi, fit venia criminis. Fit enim veniale per confessionem quod erat criminale in operatione; & si non statim purgatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubentes comitans, nihil eorum quae commiserit, omnio Dei denegavit. Et quoniam verecundia magna est poena, qui erubescit pro Christo, dignus fit misericordia. Vnde patet, quod quanto pluribus confitebitur in spe venia turpitudinem criminis, tanto faciliter gratiam consequetur remissionis: Ipsi enim sacerdotes plus possunt proficere, plus conscientibus parcere, quibus crimen remittit Dominus. Quamobrem & Petrus, 4. Sent. dist. 17. vlt. Si, requiri, queritur ad quid valeat confessio, cum in contritione iam delatum sit peccatum; dicimus quod quādū penitio est sicut satisfactio operis. Per confessio- nem etiam intelligi sacerdos qualiter debeat judicare de crimen, per eam quoq; peccator fit humilior & cautor. Cui & concorditer Gloria super principium distinguat. De poenit. querit ad quid poenitentia exierit; & confessio est necessaria, cum peccatum est prius dimissum per confessionem, sicut per contritionem. & responderet: Hoc est ad humilitatem & ad iustitiam exercendam, & ut satis faciat Ecclesia quam laetit, & ut ipse & alii reddantur cautoles. Et subdit: Si autem subtiliter invenatur, gratia Dei, non contritione est attribuenda remissio peccatorum. Vnde euidenter apparat, quod Clossator non dicit illud quod erat allegatum superius, pro parte contraria, ex hac Glossa, secundum sententiam propriam & subtiliter. Et etiam quia iuncte plane contradicunt sibi ipsi, sicut praecedentia manifestant, sed secundum opinionem aliorum communem, & inter omnes, ceteri uniter loquentes famosam. Nec quisquam, quiesco, Theologus me causulet eo quod glossularum istam non Theologica ita tractem. Pelagianni namque obiectum est mihi quod ergo malum ipsos gladio proprio referitur. Gracis enim ac barbaris, sapientibus quoque & in sapientibus debitor sui effectus, neque ignororo, quoniam quod statutum est Dei sapientius est hominibus, & quod in firmatum est Dei fortius est hominibus aliquibus aliquid: qui vero aliter senserit, loquatur ipse sapientiam inter perfectos. E detrahendam prout est. Mecum agitur malum beneficium, scilicet parvulus licet ministrum, si declaratio sermonum meorum illuminet, & der parvulus intellectum. Vtnam etiā omnibus omnia ita fiam, vt omnes lucifugam veritati. Quod vero arguitur superius, cum poenitentia sit in hominis libertate, potest, potest accepta gratia minime poenitentia, & ita est iustificata. voluntarios & iustos sine quacunq; poenitentia post vel ante. Forte, bene, concludit de potestate absoluta; posset enim fortassis Deus, quoniam potest ita iustificare adulcam per habendum sine actu, scilicet iustificare parvulos baptizatos & iustificare atos in veritate: secundum iugē autem iam possum non concipi, quis causam exponit, quoniam actus confessionis non habet clo. homini, nec antecedenter ab homine est Deo, sed a Deo, antecedenter cum homine, sicut corollarium 4. docet. Deus enim in sanctitate magnificus, quandoq; in spiritu peccatori adulcio habuera- ritatis

ratis & gratia, aspirat & astutum, quem & per suam insufrabiles voluntatem, sicut decim. A  
huius docet, in homine & cum homine, sed prius naturaliter homine, irresistibiliter & inde-  
fessibiliter operatur. Ita quoque sententia nequam, cuicunque clauis potestatem. Po-  
testas namque & visus earum ad multa & magna in toto privatō & publico se extendit, primo  
ad indicacionem & notificationem verē absolutionis peccato impensa ē Deo, sicut super illi-  
us dicebatur, dum tamen fiat conformiter abolitionē diuinā, & iudicio Ecclesia triumphan-  
tis, concorditer quoque conditionē fūi merito absoluī sicut p̄ precedentia manifestantur. Vt  
dicit Augustinus de vera & falsa p̄sonitatis 13. Dixit, inquit, Dominus, Quocunq̄ solu-  
eris super terram, solueris in cælis, hoc est, ego Deus & omnes ordines cælestis curia, &  
omnes sancti in gloria mea laudant nobiscum & confirmant quos ligatis & soluis; Non dix-  
it, quos putatis ligare & soluere, sed in quos exercitis opus iustitiae & misericordiae, alia ope-  
ra vestra in peccatoribus non cognoscet. Dicitur Gregorius homilia 26. super Euangelium,  
exponendo illud Ioannis premissum; Quorum remiseritis peccata, &c. quod tēpē agitur, ut  
illuc qui iudicij locum tenet, vel tamē iūmētios, vel filios ipse ariegatus soluit, sap̄e in solu-  
ēndis ac ligandis subditis sicut voluntatis motus, non autem causatum merita sequitur; vnu-  
derit ut ipsa hac alligandi & soluendi potestare se priuer, qui hanc pro suis voluntatibus, &  
non pro subjectorum moribus exercet; sap̄e si erga quemlibet proximum odio vel gra-  
tia moueat pastor; Iudicare autem dignē de subditis nequeunt, qui in subditorum causis  
sua vel odia, vel gratiam sequuntur. Vnde recte per Prophetam dicitur, Morificabant a-  
nimas que non morientur, & viuiscabant animas que non viuunt: Non morientem quippe  
mortificat qui iustum damna, & non viuctum viuiscat nūtatur, qui tecum a supplicio solu-  
ere conatur: Causa ergo p̄sonarē sunt, & tunct ligandi atque soluendi potestas exerce-  
ndas; videndum quia culpa, aut quae sit p̄sonentia secuta post culpam, ut omnipotens Deus  
quos per compunctionis gratiam visitat, illis pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera  
est absolutionis præsidentis, cùm interim arbitrium sequitur iudicis; quod bene & quadruani  
mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet demonstrat, quia prius Dominus mortuum  
voceavit, & viuiscavit dicens; Lazarus, veni foras, & postmodum is qui viuens egressus fue-  
rat a discipulis est solutus, sicut scriptum est, Cumque egredens esset qui fuerat ligatus insti-  
tuit dixit discipulis, Soluite, & finite abite: Ecce illum discipuli iam viuentem soluim,  
que pro magister iam resuscitauerat mortuum: Si enim discipuli Lazarum mortuum soluerent,  
factorem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est, quod il-  
los nos debemus per pastoralē autoritatē soluire, quos Autorem nostrum cognoscimus  
per suscitantē gratiam viuiscare, que humirum viuiscatio acce operationē rectitudinis in  
ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Quare & Petrus 4. sent. dist. 18. Quomodo, in-  
quit, verū est. Quocunq̄ solueris super terram erit solutum & in cælis, & quocunq̄  
ligaueris, &c. Aliquando enim ostendunt Sacerdotes solutos vel ligatos, qui non sunt tales apud  
Deum, & respondit: Sed intelligendum est hoc in illis quorum merita solui vel ligari  
postulant. Tunc enim sententia Sacerdotis, iudicio Dei, & totius cælestis curia approbarur  
& confirmatur, cùm illa ex discretione procedit, ut reorum merita non contradicant. Quos-  
cumque ergo soluerint vel ligant, adhibentes discretionis clauem, reorum meritis soluunt  
vel ligantur in cælis, id est, apud Deum, quia in iudicio diuino sententia Sacerdotis sic pro-  
gressa approbarur, & confirmatur. Secundo, Sacerdotes Ecclesiastici aliquos verē ligant, &  
soluunt, aliquos scilicet notoriē criminibus argendo a communione Sacramentorum Eccle-  
siæ, & cōsiderūt reconciliatos ad eadem admittendo: Licit enim ratis gratia Dei p̄sonentis  
p̄sonent, & verē absoluunt a peccatis omnibus coram Deo, nō tamen recipiunt ad Eccle-  
siasticā Sacramentā nisi emundatus & absoluūtū iudicio Sacerdotis. Hoc autē bene apparet  
de publicē peccantibus, & ideo publicē p̄sonentibus, in capite reūniū de Ecclesia parentē  
& p̄ceptō p̄sonentia in cæsa Domini reassumpit. Quod & bene figurabat in La-  
zaro notoriē mortuo & sep̄lio, quem Dominus per se primū suscitauit, deinde p̄cepit E  
quod notoriē mortuus per peccatum, licet Christo vocante per gratiam resuscitauit, debet tamē  
venire foras per oris ianuam, confitendo, & solui, id est, absoluūtū a vinculo quo apud  
Ecclesiastici tenetur, & permittit libere abire, libertate Ecclesiastici militantis. Vnde Augusti-  
nus prime pars super Iohann. sermone 49. hunc locum exponebat, quid, inquit, hoc signifi-  
cat? quando contemnis, mortuus iaces, sepultus iacis, quando confitens, procedis? quid est procedere, nisi ab occulti velut excludendo manifestari? Sed reconfitens Deus scit, mag-  
no voce clamando, id est magna gratia vocando; ideo cūtū p̄cessit, & fortius adhuc ligatus,  
confitens & adhuc iungens, vel soluerentur peccata eius ministris, hoc dixit Dominus; Soluite  
cum

A eum & finite abire: Quid est, soluite & finite abire? que solueris in terra, soluta erunt in ca-  
elo. Qui & de verbis Domini serm. 8. postquam p̄ exemplum de Lazarō ostendit confitentē  
peccarum prius esse suscitatum à Domino, sicut superius plenius recitat, opponendo, & re-  
spondendo subiungi; ; dicet ergo aliquis, Quid prodest Ecclesia, si am confessor voce Domini  
re iuiciuntur prodicē? Quid prodest Ecclesia confitenti, cui Dominus ait; Quæ tolueris  
in terra, soluta erunt & in celo? Ipsum Lazarum attende, Cum viueulis prodiisti, tunc viuebas  
confitendo, sed nondū liber ambulabat, vinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum  
est, Quæ solueris soluta erunt, nisi quod ait Dominus continuo ad discipulos, Solute illum  
& finite lire. Dicitq; Alchimus sicut recitat in Glossa super Iohann. 11. Christus ergo suscitat, l'abire  
quia interius per seipsum viuiscat; soluum discipuli, quia per ministerium Sacerdotum absolu-  
untur viuiscati. Tertiū Ecclesiastici Sacerdotes possunt verē ligare vinculo excommunicati-  
onis, & soluere in Ecclesia militante a communione Sacramentorum & fiducia separando  
& reconciliando, in tantum quod licet constet Ecclesia de aliquo excommunicato, quod verē  
p̄sonent, & quod per eum non stetit, quod minus reconciliaret Ecclesiastica vnitati, & sic de-  
cēsit, quare & quod sit absoluūtū veraciter coram Deo & in Ecclesia triumphantē; non debet  
haberi pro filio Ecclesia militantis, doce per eam fuerit absoluūtū, sicut & docet expressi Innocent.  
Papa, Extra de sent. excomm. A nobis est sap̄e quāstūm. Vbi de tali excommunicato & mortuo ita scribit, Contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam  
sit solutus, & qui liber est apud Deum, Ecclesiastica est sententia innodarus. Vinculum ergo  
quo peccator ligatus est apud Deum, in culpa remissione dissoluitur. Illud autem quo ligatu-  
sus est apud Ecclesiam, cum sententia remittitur, relaxatur; quod in futuritate Lazarū ier-  
mo Euangelicus manifestat, quem prius Dominus suscitauit, & Apostolis p̄cepit postmo-  
dem soluere suscitatum. Vnde quantumcunque se quis turamento praſtit, quod Ecclesiastice  
mandato pareret, humiliare curauerit, quantacunque p̄sonentia signa p̄cesterit, & si ta-  
men morte p̄ventus, absolutionis non poterit beneficium obtinere, quia nūtūtū absoluūtū a  
apud Deum fuisse credatur, nondū tamen habendus est apud Ecclesiam absoluūtū: Potest  
tamen & debet ei Ecclesiastice beneficio subueniri, si de ipsius viuentis p̄sonentia p̄evidentia  
signa constiterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Quartū Ecclesiastici  
Sacerdotes possunt verē ligare & soluere p̄sonentias variis graviorib; vel leuiorib; p̄sonen-  
tibus iniungendo, iniunctis mitigando, mutando, & fortassis per Indulgencias de immenso  
thesauro Ecclesiastice omnē exteriore p̄sonentiam misericorditer relaxando, posuntque  
forſitan ex amplissima misericordia Domini absoluere p̄sonentes ab omni p̄sonentia, &  
poena extirpata in p̄senti, vel in futuro debita pro peccato. Quare & Augustinus de vera  
& falsa p̄sonentia 13. Ipsi, inquit, Sacerdotes possunt confitentibus, parcer, quibus crimen proficeret  
remitit Dominus. Lazarū enim in monasterio iam suscipitur, oblitus discipulis soluen-  
dum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam Sacerdoti: Distentum, Quocunq̄  
que solueris super terram, solueris in cælis; hoc est, Ego Deus, & omnes ordines cælestis cu-  
riæ, & omnes sancti in gloria mea laudant nobiscum, & confirmant quos ligatis & soluis;  
non dixit, Quos putatis ligare & soluere, sed, in quos exercitis opus iustitiae & misericordiae,  
alia opera nostra in peccatoribus non cognoscet. Quintū Ecclesiastici Sacerdotes verē absolu-  
unt ab obligatione qua peccator, opportunitate concessa, teneunt lecundum legem in Eccle-  
sia positam confiteri Sacerdoti sui peccata, & absoluūtū ab eo: Hoc enim semel factū, non tenet  
ut lateris sic facere de eisdem. Sextū Ecclesiastici Sacerdotes absoluunt veraciter & finaliter  
quodammodo a peccatis, quia iuxta premisa, licet peccata per infusionem grātia delectantur  
ante confessionem, & absolutionem obstant, tamen nisi peccator, habita facultate, posse  
confiteri & absoluūtū, reveruntur quodammodo & nouiter impurantur; ita & proprie  
contemptum clauis aggrauantur. Septimū potestas clauis, absoluūtū Sacerdotis, & p̄sonentia  
Sacramentū valer ad augmentum gratie, consequendum, quod debet non medio-  
criter quoniam excitat, & se p̄sonūtū confitendum. Hac namque secundū Angilium, ut  
recitat Petrus 4. sent. dist. 1. est distantia Sacramentorum veterum & novorum, quod illa tan-  
tum promittebat, & significabat hæc antea dant fularem. Eodemque modo videtur esse  
de baptismo p̄sonentia, sicut de baptismo aqua; Iesu baptismus aqua, conferit adulto prius  
baptizato Spiritu Sancto, & accedit in gratia, Augmentum gratie, & virtutum dicente. Hiero-  
nymo, sicut Petrus allegat 4. sentent. distinct. 4. Fides, quæ fideli facit in aqua, baptismi  
datur, vel nutritur, quia non habent ibi datur, & iam habent & pleniū habeant, quod & te-  
net ibi Petrus exp̄s. Quare & Octauio, valer illa potestas, ad diminutionem & represi-  
onem concupiscentia, formidine peccati: Docente namque Augustinō, Euclerid, penit. &  
alibi multis locis, Charitate crescente, ministrant cupiditas & delectant. Ita baptizato quoque  
primo:

primo baptisme flaminis, cum postea recipit baptismum in aqua, debilitatur fomes peccati. A sicut 4. sentent. Petri distinet 4. doceatur, cur ergo non similiter in baptismō p̄c̄nitentia sentient? Iste quoque effectus debet excitare non modicum ad credentem confidendum. Ad illud autem quod argueretur superius, Si p̄c̄nitentia est Sacramentum, est signum sacrae re ipsam sequentis: quidam respondent sicut recitat Petrus 4: Sent. dist. 23, hoc non esse verum de Sacramento p̄c̄nitentia, sicut nec semper in alijs Sacramentis, quae efficiunt quod figurant. Quibus & concorditer ipse Petrus super eodem dist. 4. querendo & respondendo, tuncit; Si queritur cuius rei baptismus ille si Sacramentum, qui datur iam iusto, dicimus Sacramentum esse & rei que praecellit, id est, remissionis ante per fidem datus; nec mireris rem aliquandō praecedere Sacramentum, cum aliquandō eriam longē post sequatur, vt in illis qui sicut accedunt, quibus, cum post p̄c̄nitentia, incipit baptismus prōdelle, in quibus sicut baptismus Sacramentum huius sanctificationis quam p̄c̄nitentia habent. Alter autem, & fortissim⁹ verius iuxta praecedentia dici potest, quod Sacramentum p̄c̄nitentia est signum sacramenti rei per ipsum semper collatae, augmenti scilicet gratiae praecedentis. Quidam etiam Autoritates & rationes per Pelagianos obiectas exponunt, & solvunt 35. & 24. hiūs.

## C A P. XLIII.

## De Praedestinatione secundum quid nominis.



O S T h̄ac autem De praedestinatione aliqua brevia breuiter sunt danda, de qua, quid nominis est sciendum. Nam secundum Philosophum 1. Elench. Qui nominum virtutis signari sunt, paralogizantur & ipsi disputantes, & alios audientes; cui & concordans Apostolus 1. ad Cor. 14. ita dicit, Si neficio virtutem vocis, ero ei, cui loquor barba. C barus, & qui loquitur mihi barbus. Dicitur ergo definitio secundum Grammaticos, mittere, deputare, signare, ascribere, ordinare, & iſis vtimis modis loquitur sacra Scriptura. Vnde 2. ad Cor. 9. Vnusquisque prout destinavit in corde suo, &c. Glossa, definivit, id est, præordinavit. Et Sap. 5. Tantum sagitta emissa in locum destinatum, &c. Quare & Praedestinare, & Praedestinatio dicitur eiusdem modis. Vnde beatus Augustinus simili via incedens de Praedestinatione contra Pelagianos secundo definit Praedestinacionem hoc modo, Praedestinatio est præmitendo, & prævidendo, vel præordinando futurum aliquid.

## C A P. XLV.

## Quod Praedestinatio realiter sit ponenda quid sit, quot modis dicitur; quod non sit propter opera, sed secundum Dei gratuitam voluntatem.



V N C autem habito quid Praedestinatio nominaliter dicitur, restare inquirere enī quid ipsa realiter sit ponenda, & quod sit ponenda realiter 27. & sequentia satis probant; quam & testatur utriusque series Testamenti. Vnde Exod. 32. Aut dimicte eis hanc novam, aut si non facis, dñe me de libro tuo quem scripsisti. Iste autem liber scriptus a Deo quid aliud potest intelligi, quām eis Praedestinatio de futuris, sicut omnes exppositores Catholici contestantur; & Psal. 68. delectantur de libro viuentium; Et Psal. 1. 38. Iz libro tuō omnes scribentur. Et Esa. 4. Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita, in Ierusalem; & Dan. 12. In tempore illo inuidetur populus meus, op̄is qui invenitus fuerit scriptus in libro. In nouo simili teste mento Apostoli Praedestinationem effauit, non suppresso nomine sed expresso, ubi agit de filio Dei Praedestinato ad Rom. 1. Etenim 14. 8. de his quos Praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui; Et ad Ephes. 1. De his quos elegit ante mundi constitutionem, & Praedestinavit in adoptionem filiorum. Ipsa similiiter veritas verius hoc dñebat. Matth. 20. loquens de selectione ad dextram vel sinistram a patre lessoribus preparata. Et infra 25. de regno patr. a mundi origine regnantis; Pro qua & Act. 10. scribitur de testibus præordinatis a Deo; Et infra 14. Crediderunt quod quoniam erant præordinati ad vitam eternam, quam & Autoritates

## C A P. 45.

## De causa Del.

Autoritates de electione diuina cum multis suis similibus in utroque testamento insinuant evidenter. Hanc quoque omnes Doctores, imo & omnes docti pariter & indocti Catholicæ contentur. Nupc autem terminata questione De prædest. Si est supereft consequenter inquire quid est realiter prædestinatio iam inducata, & sicut potest haberi ex 9. & 17. & sequentibus cum adiutorio 23. Ipsa est æterna prævolutio Dei, sive præordinatio voluntatis diuina circa futurum. Et hæc duplicitate potest sumi, uno modo generaliter, scilicet pro præordinatione diuina respectu cuiuscunq; futuri, & sic est convertibile cum prouidentia, sicut ex 27. & sequentibus apparet; sive loquitur Philosophus in Secretis Secret. partis 1. cap. 16. Deus, inquietus, cuncta sua sapientia, equali pondere, & certo numero & ordine destinavit. Et infra eisdem lib. & partez 2. cap. dicit, quod Destinatio excelsus non ita prædestinavit futura, quod in aliquo sue potestate derogaret. Alio modo specialiter, scilicet pro præordinatione voluntatis diuina circa creaturam rationalem, angelicam vel humana; & iste est communis modus loquendi Scripturæ Canonice & Doctorum. Et adhuc sicut voluntio Dei accipitur bino modo, simpliciter scilicet & secundum quid, honorum videlicet & maiorum, sicut 34. & p̄c̄nitentia docuerunt: sic & ei duplex hinc modi prædestinatio correspondet, simpliciter & secundum quid, honorum arę maiorum. Quod autem prædestinatio sit bonorum, nullus Theologorum ignorat: sed quia ab aliquibus forsitan dubitatur, An sit malorum similiter, hoc ostendam. Hoc enim, vt prædictum est, sequitur ex 34. cum præcedentibus, & 27. & sequentibus, & ex corollario 23. cap. & rationibus, & autoritatibus quas adducit, & ex illo 23. curi hoc vero notissimo cuiilibet Christiano, quod Deus vult & in finali iudicio, & post voler multos Angelos malos & homines aeterno ignibz etiūtari. Item dicit Aug. 2. de Ciu. Dei 25. quod aliqui in hac vita prædestinati sunt in æternum ignem ite cum Diabolo, sicut 23 plenius allegant. Idem super Iohann. part 2. hom. 5. sive 107. rotitis, expensis illud Iohann. 17. Nemo ex his perire, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleretur, sic ait, Filius perditionis dictus est traditor Christi, perditioni prædestinatus secundum Scripturam, que de illo in Psalm. 108. maxime propheta. Idemq; Enchit. 80. dicit, Quod Deus aliquos iustè prædestinavit ad poenam, & aliquos benignè ad gratiam. Hoc idem potest haberi de bono persecutantibus 45. & 49. & alibi multis locis. Sed aliqui istam sententiam non tenentes prædestinationem in talibus per simplicem præscientiam semper exponunt: quod expositio si in conuenienti, videatur posse conuenire toti sacra Scriptura. Doctoribus nostris, & Sanctis, vbiunque de prædestinatione etiam bonorum faciunt mentionem, quod satis constat esse contrarium Catholicæ veritati. Item si Deus habet præscientiam talium, ergo & voluntatem, sicut 18. cap. ostendebat; quare & prædestinationem aliquam voluntatis. Item contrarium ih̄sus potius inueniatur, scilicet pro prædestinatione præscientie nomen ponit. Vnde Apost. ad Rom. 11. Non repulit Deus plebem suam quam præscivit, & loquitur ibi de reliqui Iudeorum prædestinatis ad regnum, quæ gratia salua sunt. Pro quo dicit Aug. de bono perfeci. 54. Aliquando prædestinatio significatur etiam nomine præscientie, sicut ait Apost. Non repulit Deus plebem suam quam præscivit, quod non recte in intelligunt nisi prædestinavit, quod circumstancia ipsius lectionis ostendit, quod & sicut breuiter tergi, diffusius manifestat. Item ita geminata prædestinationem ponit Isidorus manifeste 2. De summō bono 6. sub his verbis, Gemina est prædestinatione, sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem. Mira dispositio est superna distributionis per quam hic iustus amplius iustificatur, & impius amplius torpidatur, malus ad bonum aliquando coquatur, bonus ad malum aliquando reflectitur. Cui concordat Anselmus de Concordia 7. ita dicens: Non solum prædestinatio bonorum, sed & malorum potest dici. Non est ergo inconveniens si hoc modo dicimus prædestinare Deum malos, & eorum mala opera, quando eos & eorum opera mala non corrigit; sed bona operalia præscire & prædestinare dicitur, quoniam in illis facit quod sunt, & quod bona sunt at in malis non nisi quod sunt essentialiter, non quod mala sunt. Sæpiusnam tamen dicunt Sancti, quod prædestinatio est tantum bonorum, quod ideo est, quia prædestinatio malorum, non est prædestinatione simpliciter & per se, sed tantum per accidentem, & ens per accidens propinquum electio est, sicut de votione cap. 33. erat dictum, prædestinatio vero malorum, reprobatio & damnatio inveniuntur. Et quia secundum Aug. 2. super Gen. ad literam 6. datus conceditur non est de vocabulis laborandum, & secundum Phil. 1. Topic. Nominationibus quod quid res nunquam cupandum ut pluries, quæ autem rerum sunt, huius vel non huius, non attendendum pluribus. Vocetur prædestinatio bonorum, prædestinatio absolute; prædestinatio vero malorum, reprobatio nominetur. Potest autem prædestinatio sic describi: Prædestinatio est æterna præparatio à voluntate diuina gratiae finalis in vita, & beatitudinis sempiternæ in patria, creature rationali. Quam Augustinus De prædestinatione Sanctorum 12. brevius sic definit; quod

N. n.

Est gratia

Est gratiae preparatio; sed oportet quod intelligat modo dicto. Multis enim praeparatur A gratia vel donatur qui cadunt ab ea, finaliterque damnantur; sed de praedestinatis nullus aliquam pergit aut peribit. Huius autem praedestinationis effectus sunt collatio gratiae in praesenti, iustificatio a peccato, bona merita, finalis perseverantia, & beatitudo perpetua in futuro. Scendum quoque quod hec praedestinatio in bono est duplex, scilicet gratia & meritorum in praesenti, & gloria & premiorum in futuro, ut potest elici ex eius descriptione praemissa, & ex 31<sup>o</sup> cap. & habetur expresse ex sententia Apostoli ad Eph. 1. & 2. cum glossa 3<sup>o</sup> cap. allegatis. Reputatio vero & eius effectus per horum oppositorum cognoscuntur. Quia vero sancti & Doctores dicunt frequenter quod Deus praedestinavit & praeparauit reprobis ignem & poenam, sed non peccata, nec eos ad peccandum; posset quis arguere contra istud per cap. proximum 23<sup>o</sup>, cap. adiuuante, vel per istud dictum Sanctorum posset arguere contra cap. 34. eodem 23<sup>o</sup>. succurrente. Et potest hic de praedestinatione similiter responderi, sicut de volitione 34<sup>o</sup> cap. est responsu[m], & in principio huius cap. tangebatur. Nunc autem refutat inquit, Utrum ex parte praedestinati sit aliqua causa praedestinationis diuinæ, & quod non, cap. 20<sup>o</sup>, manifestat. Item si aliqua esset causa, illa maximè videretur bona opera praedestinati; sed illa antequam sunt nihil causans. Nullus ergo est praedestinatus antequam operatur; praedestinatio ergo Dei est temporalis & noua contra cap. proximum, & 23<sup>o</sup>, & contrascriptoram canoniam cap. proximo allegatam, & contra omnes Doctores catholicos materiali hanc tractantes. Nec potest dici quod præscientia operum praedestinati est causa praedestinationis dieina, quia illa sunt prius naturaliter praedestinata à Deo ipsi praedestinato, quam praescita à Deo: Nam Deus prius naturaliter vult ipsum habere talia merita, & per illa regnum cælorum quam hoc sciat; & per hoc quod sic vult, scit sic esse vel fore, sicut cap. 18<sup>o</sup> ostendebat. Scientia igitur vel præscientia meritorum non causat praedestinationem in Deo. Adhuc autem Deus praedestinavit Petro, primo regnum, & merita finaliter propter regnum, non è contra, sicut apparet ex 35<sup>o</sup> huius. Item propter quinque causam Deus præparauit & temporaliter gratiam alii coferendam, propter eam causam confert temporaliter eam sibi, C per cap. 23<sup>o</sup>, & quia alter voluntas Dei frustratur, contra cap. 10<sup>o</sup>. Nam ab eterno voluit conferte nunc gratiam propter opera, & non facit, sed secundum hypothesis, propter opera praedestinati Deus præparauit aeternaliter sibi gratiam conferendam. Igitur propter opera confert temporaliter eam sibi, contra 35<sup>o</sup> cap. & alia quæ sequuntur. Vel aliter ostensu[m] propter quodcumque Deus non confert temporaliter gratiam, non præparauit aeternaliter gratiam conferendam; Omne opus est illud propter quod Deus non confert temporaliter gratiam. Item quam gratis Deus confert temporaliter gratiam cuicunque, tam gratis præparauit aeternaliter sibi gratiam conferendam; sed Deus gratissime confert temporaliter gratiam non propter præcedentia merita secundum quod 35<sup>o</sup> cap. & sequentia docuerunt. Item praedestinatio est gratia Dei gratificans praedestinatos ad vitam secundum distinctionem gratie 35<sup>o</sup> & 42<sup>o</sup> praemissa: Quare non est ex operibus aut meritis quibuscumque, secundum quod 35<sup>o</sup> cap. & sequentia demonstrabant. Quid autem praedestinatio sit gratia Dei patet, quia omnis voluntas Dei respectu boni extrinsecus alii confert, gratis emanat non ex aliquo causa inferiori eam à priori causante, sicut per 20<sup>o</sup> huius pater. Pro quo & dicit Apostolus ad Eph. 1. Praedestinavit nos in adoptionem filiorum secundum propositum voluntatis sua, in laudem gloriarum gratiarum suarum, quod cap. 25<sup>o</sup> plenius pertractauit. Præterea omnes penitentes probantes gratiam gratis dari, probabunt similiter quod praedestinatio gratis fiat. Amplius autem, hoc est plane contra Apostolum ad Rom. 9, dicente de Jacob & Esau, Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egisset boni aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est, quia maneret servus minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. In quibus, sub nomine filiorum promissioni filios praedestinationis ostendit, vt patet ibi ex serie lectionis, & per expositorum omnium catholicorum Doctorum exponentium illum locum. Etiomodo ostendit Apostolus per factam Scripturam, quod praedestinatio est ex misericordia voluntatis diuinæ, non ex operibus, ita dicens, Mosi dicit Dominus, Misericordia cui misereor, & misericordiam praestabo cui miserebor, & concludit; Ergo non volentis nequæ currentis, id est, non quilibet operantis, sed misericordis est Dei; & allegato alio loco scripture de Pharaone iterum sic concludit; ergo cuius vult misericordia, & quem vult inducat. Si tamen illa voluntas causatur ab operibus talium & sequeretur ea, non congrue diceret sed magis deberet dicens isto modo; Qui bene operatur vel operabitur, huius vult misericordia; & qui male, hunc vult inducere; & hoc est originaliter & principaliter volentis & currentis, non misericordis Dei. Ideoque supra dixit planissime, Non ex operibus sed ex vocante, vt secundum electionem propositum Dei maneret,

Aneret, non secundum aliqua merita quodvismodo. Nec credo aliquem tam habetem, tam effrontem, tam inuercundem & frivole cauillantem, qui dicat Apostolum non intellexisse de operibus tunc futuris, sed tantum praesentibus que nulla tunc fuerunt. Nam quomodo tantus docttor vas electionis primis spiritus habens, qui non ab homine didicit aut accepit, sed per revelationem Domini Iesu Christi, qui & sapientiam loquebatur inter perfectos, tam perfectos & doctos ut Romanos tam indecorè docuisset, vt cum Jacob & Esau nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, non ex operibus tunc presentibus dictum esse Major serviet minori, & Jacob dilexi &c. Quis enim modo stolidus ignoraret, quod cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, nihil debet ei propter opera tunc presentia dici posse? aut cui non videbatur ridiculum si dixisset, Praedestinavit illos priuquam essent, & ante mundi constitutionem propter opera, que tunc praesentialiter habuerunt, cum hoc nulquam dubitauerit vel erat idiota? omnis autem doctrina Christiana debet esse aliquid utilis & ignoti, hoc autem non est utile aliqui Christiano, nec potest ab aliquo ignorari. Et quomodo tam studiose, si instruotiosè, adduxisset testimonia & exemplia veteris Testamenti cum disputatione tam vigili ad illam conclusionem probandam, que nunquam potuit esse dubia aut ignota? Quomodo etiam ex ista conclusione taliter intellecta, scilicet de operibus talium qui non praesentialiter operantur, nec unquam fuerint operari vltoris procedendo concluderet conclusiones "alias que sequuntur, quārum prima est, Igitur non volens neque currentes illas, sed misericordis est Dei: secunda, ergo, Cui vult misericordia, & quem vult inducat. Nisi enim intelligerer dictum suum communiter de operibus præteritis, praesentibus aut futuris, nulla esset connexio rationis, nec dixisset ut secundum electionem propositum Dei maneret. Nam si propositum Dei sequatur opera futura, non est secundum electionem suam, sed secundum electionem meritiorum futuram illorum qui merebuntur. Nec debuit dixisse, non ex operibus, sed ex vocante, immo magis è contra, non ex vocante, sed ex operibus illorum futuris, per quæ primò & originaliter Deus excitatur quodnamodo & vocat ad praedestinandum, siveq[ue] Deus potius dicetur vocatus, & ipsi vocantes, nec debuit conclusisse; ergo neque volentis, neque currentis, sed misericordis est Dei, immo potius non misericordis est Dei, sed cursuri & voluntari: Hic est enim principium & origo cur Deus misericordet, non in Deo. Nec iterum debuit concludisse, ergo cuius vult misericordia, & quem vult inducat; sed sic, ergo cuiuscunq[ue] bene volunti Deus misericordet, & quemcumque male voluntum inducat. Item si Apostolus ibi negaret praedestinationem & vocationem Dei esse ex operibus præteritis, vel presentibus tantum non futuris, sed permitteret eam esse ex futuris, sicut tunc aliqui Iudæorum coenorum Romæ morarium voluerunt asserere, scilicet illi qui dixerunt propter merita sua & parentum suorum in obsequiis legis Mosis ex gratiam Christi, & fidem. Evangelij accepisti, vt patet per processum Epistole ad Romanos, & Lumbardus in prologo glossa super illam Epistolam, hoc recitat ad Haymonem & Augustinum, & sicut Pelagiani nunc assertur, scilicet electos predicari propter merita sua futura, quomodo eos refelleret, & gratiam collaudaret, quod tamen principaliiter voluit, sicut per epistolam totam patet, & per Lumbardum in prologo vbi prius, & per multas Autoritates Haymonis, & Augustini illuc per eum adiunctas. Et quod hoc specialiter intendebat per illum processum, ex 9<sup>o</sup> cap. allegatum, patet per August. Enchirid. 78. dicentem, Apostolus gratiam commendabat, ad cuius commendationem de illis in Rebecce vtero geminis, fuerat iam loquutus. Quibus nondum natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, vt secundum electionem propositum Dei permaneteret, non ex operibus sed ex vocante dictum est, quoniam maior serviet minori. Item secundum eundem Apostolum, Deus noua confert gratiam praesentialiter propter opera, sicut capitulum 35. & sequentia plenius allegant, ergo nec eam propter futura opera præparauit: Ipse enim habet immobilitatem consilij teste adhuc eodem Apostolo cap. 6, ad Hebreos, inquit sicut vocat existentes ad gratiam non propter opera sua praesentia, sic nec futuros praedestinat propter futura, sed hos & illos similiter purè gratis. Vnde ad Rom. 4. vocat ea que non sunt, tanquam ea quæ sunt; & quomodo vocat ea, idem vocatus Apostolus de seipso testatur; Vocavit, inquit, me per gratiam suam ad Gal. 1. & 2. ad Tim. 1. vocavit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, que data est in nobis in Christo Iesu ante temporis separacionem, manifestata autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Iesu Christi. Hec est ergo sententia Apostoli in verbis suis ad Romanos superius pertractatis, quod Deus vocat & praedestinat purè gratis, non ex operibus præteritis, praesentibus, aut futuris. Et hoc restatur Augustinus expressè sermone suo de praedestinatione & gratia Dei, vbi tractat praedicationem Autoritatem Apostoli sub his verbis: Si secundum futuros eorum mores dicuntur diuinum decreuile iudicium, profectò illud euacuabile quod præmisit Apostolus dicens, Non ex operibus,

C<sub>A</sub>P

De causa Dei.

5. *Constitutio in ipso sua praesentia qua tales futuros  
honestos arbitriis & ideo co-sante mundi constitutio in  
esse praesciunt, elegit. Eligit ergo, inquit, aut quem  
sanctos, Immaculatoremque propriece nos elegerit ante mundi constitutionem, quia  
hi, atque videlicet, virtus, ut reprobavit Augustinus. Intucamur, verba Apostoli  
immaculati futuri eramus, aut videlicet, sicut Benedictus, inquit, Deus qui benedicit  
benedictione spiritu, non ergo quia futuri eramus, sed ut  
sancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, qui est  
fatum est: Ideo quippe taliter futuri eramus, qui est  
eius effectus. Hoc etiam errore aliquippe  
etiamdem & quem suum ceterum  
num fuit expositum  
rationem super-*

CAP

ribus sed ex vocante dictū est, quia Major seruier minori: Non enim ait ex præteritis operibus, A sed cùm generaliter dixit non ex operibus, ibi & præterita intelligi voluit & futura; præterita, scilicet, qua nulla erant, & futura, que nondum erant; Prædestinatus est Jacob vas in honorem, sed non ex operibus, quia non ex operibus, sed ex vocante dictū est, Major seruier minori: Et hē forte vasa in honorem Prædestinata sua aliquid viribus tribuendo, negarent gloriam Creatori, alio eos loco Apostolus vasa misericordia nominauit, ut totum, quicquid essent, secundum misericordiam esse cognoscerent: Si enim & alibi idem dicit Apostolus, Et hoc non ex vobis, sed Dei donum est. Hoc idem patet per Glossam Lumbardi super literam allegatam: Ibi namque secundum expositionem illius, ostendit Apostolus Jacob non fuisse Prædestinatum & Esau reprobatum, neque propter merita præcedentia, neque propter futura; vnde sic dicit, Major, id est, Esau seruier minori, id est, Jacob. Et ne quis putet hoc fieri ex præcedentia merito illorum, quia hoc dictum est ei, id est, matre, cum nondum nati fuissent, & quia possent in viro & luctando aliquid metuissse verè videri, subdit, Aut cum B nondum egissent aliquid boni vel mali, Ideo aarem dictum est, ut propositum Dei maneret, id est impetrare, secundum electionem, id est, secundum gratiam qua elegit, non secundum debitum meritorum, qua eligendos ipse facit non inuenit, non ex operibus; sicut ostendit non pro meritis præcedentibus illud fuisse dictum, ita pro futuris meritis amborum dictum fuisse hoc ostendit. Quare dico, Non pro præcedentibus eorum meritis hoc dictum est. Iterum dico, quod non ex operibus bonis vel malis furoris, quæ bona vel mala non erant futura, nisi apposita gratia vel subtrahita, sed ex vocante vel vocatione id est ex gratia Dei. Idem i. Sentent. dist. 41. dicit, Elegit Jacob, & Esau reprobavit, quod non fuit pro meritis eorum quæ tunc haberent, quia nulla habebant, quoniam nec ipsi existebant, nec propter futura merita, que prævidebat, vel illum elegit, vel illum reprobavit? Opinari sunt tamen quidam Deum idem elegisse Jacob, quia talem futurum præscivit, qui in eum crederet, & ei seruaret, quod Augustinus aliquando se sensisse dicit in libro Retractionum, vbi aperte ostendit, quod si propter futura merita electus fuisset, iam non ex gratia esset electio. Non ergo idem electus est à Deo, quia talis futurus erat, sed ex electione talis factus est. Hanc eandem sententiam docet idem Apostolus ad Ephes. 1. dicens, Elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati: Non dicit quia fuimus, aut futuri fuimus sancti & immaculati, sed ut essemus sancti & immaculati; & sequitur quia Prædestinatus nos in adoptionem filiorum secundum propositionem voluntatis fuit, non secundum merita voluntatis nostræ; & sequitur, Nos forte vocati voluntatis fuit, non nostra, nec secundum opera nostra futura. In hoc autem quod dicit, Nos forte vocati sumus, videtur imitatus esse Psalmistam Psal. 23. Domino sic dicentem, In manib[us] tuis fortis mez; Super quod Aug. tract. 3. ita dicit, Quare fortis? fors enim non aliquid quantum existimo gratiam quæ fuit faeti sumus; quare fortis appellant grariam Dei, quia in forte D merita considerantur, & si merita considerantur electio est non fors. Quando autem Deus nulla merita nostra inuenit, forte voluntatis sua saluos nos facit quia volunt, non quia dignus sumus, hæc fors merito est tunica Domini defuper contexta, quæ significat Charitatis exercitatem, cum diuidi non posset, fors super eam missa est; Ad quos verò peruenit, eos significat, qui videntur ad sortem pertinere Sanctorum; hæc fors est occulta Dei voluntas. Idem sexto contra Julianum vicefissimo primo dicit, Damnabiles illo creante nascentur qui Cœator est omnium, & per mediatorem à damnatione liberantur debita, sed gratuita miseratione non debita, quos elegit ante mundi constitutionem per electionem gratiae, non ex operibus vel præteritis, vel presentibus, vel futuris, alioquin gratia iam non est gratia, quod maximè apparet in parabolis, quorum nec præterita dici possunt opera quia non fuerunt, nec præfencia quia nihil operantur, nec futura quoniam in illa Emanente moriuntur. Idemque supra eiusdem libro quinto, capitulo sexto dicit, Ipsa sunt electi, & hoc ante mundi constitutionem, qui vocat ea quæ non sunt tanquam fuit, sed electi per electionem gratiae. Vnde & dicit idem Doctor de Israel, Reliquia per electi onem gratiae salua factæ sunt. Et nō forte ante mundi constitutionem ex operibus præcognitis purarentur Elegi, secutus adiunxit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Item iste futurus ut erroribus Pelagi hereticis dicere faciliter Deum Prædestinare propter merita futura præscita, sicut tangit Augustinus de Prædestinatione sanctorum multis locis? Vnde cap. 24. tractans dictum Apostoli ad Eph. 1. superioris alterum, sic dicit, Præscibebat ut ait Pelagius qui essent futuri sancti & immaculati per liberas voluntatis

A luntatis arbitrii; & idem eoz ante mundi constitutionem ipsa sua præfencia qua tales futuros esse præscivit, elegit. Eligit ergo, inquit, antea quam essent, prædestinatos filios suos quos futuros sanctos, immaculatosque præscivit, quem sic reprobavit Augustinus. Intucamus verba Apostoli, acque videlicus, vicius proprietas nos elegit ante mundi constitutionem, quia sancti & immaculati futuri etamus, aut ut essemus. Benedictus, inquit, Deus qui benedixit nos omni benedictione spirituali in coelibus. Ecce elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus; certum nempe & manifestum est: Ideo quippe tales futuri eramus, quia elegit ipse prædestinans ut tales per gratiam eius essemus. Hoc euam errore aliquando rallebatur Augustinus, sicut ipsi me testant supradictum & quem suum errorum nonnulla eius opuscula his indicant, sicut dicit: quorū vnum fuit expostorium, quādūdūm propositionem ex Epist. ad Rom. quod in libro Retractionum suarum tetragraffie fecerat in hac verba disputatione: Quid elegit Deus in nondum nato; cui dixit seruitur ante maiorem, & quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobavit: de quibus propter hoc commemoratur, quāmī longè postea prolatum sit progeticum testimonium; Jacob dilexi, Esau autem odio habui, ad hoc perdixi rationeū viderem; Non ergo elegit Deus opere eiusquam in præfencia quæ ipse daturus est, sed h̄dem elegit in præfencia, ut quem sibi crediturum, esse præsciat, ipsum eligeret. Nondum diligenter quiescam nec inveniar, qualis sit electio gratiae, de qua dicit Apostolus: Reliquæ per electionem gratiae salutis factæ sunt, quæ vñque non est gratia, si eam vñque merita precedant, & est ista retractatio 1. Retract. 23. Fuitigit primis sententia Augustini, quod Deus non prædestinavit propter opera futura distincta contraria fidem, & hanc non retractat sed approbat, sed propter fidem futuram, scilicet propter actionem fidei, seu propter iussum credere, sicut verba ipsius ostendunt. Dicit enim: Fidem elegit in præfencia, ut quem sibi crediturum esse præscivit, ipsum eligeret; Et infra proinde quod continet dixi, dicit enim idem Apostolus: Id est Deus qui operauerunt in omnibus, nusquam dictum est, Deus qui credit omnia in omnibus, ac deinde subiunxi; Quod enim creditur, nusquam dictum est, quod autem bonum operemur, illius est, qui creditur dat Spir. S. profecto non dicerem, si iam sententia etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri: & istam sententiam velut insensitam reprobat & retractat. Hæc est ergo ultima sententia Aug. quod Deus nullū prædestinat propter actū credendi futurum, scilicet quia credere in eum, nec propter aliqua opera sua futura. Similem quoq; errorem priori de prædestinationis materia posuit Aug. 83. qu. 68. quæ 1. Retract. 26. partim retractat expresse, partum in suo simili. Ex quo enim ipsam sententiam retractat tanquam erroniam, certum est ipsum telle quamlibet aliam similem haberi pro retractata, quoq; dicitur de similibus est similiter indicandum. Etiam hoc tenet Lumb. 1. Sen. dist. 41. & potest dici, quod hunc errorem retractant expressis, postquam librum Retract. perfectis, scilicet de prædestinatione Sanctorum, 4. vbi dicit, sicut erat superius recitatum, quod nonnulla opuscula eius sententias indicant hunc errorum. Ibi ergo hunc suum errorem reprobat, & retractat, vñcūq; occurrit in his operculis vñniversis. Idem quoque infra, eod. m. 1. & 12. facit similem retractationem similis sententie de opusculo suo contra Porphyrium, de tempore Christianæ religionis. Item Aug. de correptione & gratia, 56. tractans de promissione seminis Abrahæ multiplicandi, facta libri pcc. Deum, Gen. 15. ita dicit: Neque enim eos scilicet prædestinatus proprieza promisit Abrahæ, quia præscivit à seipsis bonos futuros, nam si illud vñque est, non sicut led corum est quod promisit. Item si Deus prædestinatus quæmipariter propter opera sua futura, quare prædestinat opera illa sibi, sicut 31. cap. demonstravit, non propter alia opera priora & illa propter alia, nō forte hoc procederet sine fine. Restat ergo ut tam merita quæam præsumat prædestinat pars gratiae. Item prius quodammodo prædestinat Deus alicui præmium quām meritum. Prædestinat enim præmium tanquam hoc est, & merita velut medium ad hanc finem, sicut 33. cap. arguerat, prædestinat ergo meritum futurum propter præmium futurum & non è contra. Item reprobatio, de qua magis videatur, non est propter opera futura, ergo nec prædestinationis. Apostolus enim ad Ro. 9. ponit eas a pari. Cum enim, inquit, nondum nati fuissent, aut egissent, liquid boni vel mali, ut secundum electionem, propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruier minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Super quod dicit Aug. Ench. 70. Sentiens Apostolus quenadmodum posset hoc quod dictum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui, permouere eos, qui penitentes intelligendo non possumus hanc alitudinem gratiae, ait: Numquid iniurias eis apud Deum? Absit, inquit enim videatur, ut sine vñl. honorib[us], majoriue operū meritis vñl. Deus diligat, oderit alterum. Idem patet per eundem Apostoli infra, codem, dicentes; Cuius vñl. misereatur, & quem vñl. obdurat: & iterum; An non habet potestate signis duris eadem missa facere aliud quidem vas in

L  
P

C

*De Ca*

De Causa Dei.

A fidere quia si tales, & timent, quoniam Spiritus Sanctus discipline emigret sicutum, & a re se a cogitationibus, que sunt sicut intellectu, ac ideo in conspectu Domini deprehencetur multiter, ut de rebus iuxta suum eloquium, intellectum, & nequaquam iuxta omnes facientibus cum semper, eloquium Domini detur ei, & iste est intellectus bonus omnibus.

C O R O L L A R I V M .

Corporis et carnalis prædilectionem aut reprobaeum proponit, videres, nec illius salvator propero-

**E**x his autem colligitur hoc porisma, quæ faceret, si yctecum præhabebat cunctum minus videlicet.

CAP. X

XLVI.

quam concedentes prædestinationem & rep-  
m ad gloriam & ad paenam, sed negantes h-  
esse ad aliquos certos gradus.

D. G.



E. rem moluntur ipsa  
gloriam, & quosdam  
reprobatum ad aliquem  
nem vel Autoritatem  
ricis tantum simpliciter  
Tamen ex abundantiad  
voleat & parabat  
uit &

non con-  
fiderit

vis in honorem, aliud verò in contumeliam tamen sciendum secundū Lumen 7. Secundū dist. 4.<sup>A</sup> quod tam prædestinationem quam reprobatio petet dupliciter accipi. Prædestination enim accipitur pro eterna Dei preparatione gratia alicui conferenda & pro eius temporaliter effectu, scilicet ipsius gratiae collatione; Reprobatio verò accipitur pro eterna Dei solutione gratiae alicui, & pro eius temporaliter effectu, scilicet gratiae priuatione seu delectione, & hoc vocatur obdurate; vbi & dicit Lumberdus, quod ipsius Dei eterna reprobationis nullitas est meritum. Ecce in ea, eadem distinctione, Reprobavit Deus quos voluit, non propter merita futura que præsideret, veritate tamen rectissima, & à nostris sensibus remota. Si quis autem Deo odibilis voluerit sophistice canillare sedigere, quod opera futura non sunt causa principaliis prædestinationis, & si omnia premissa debere intelligi, sed quod sunt causa sine qua non, cum Deus similiter conferat gratiam temporaliiter, sicut prædestinavit eam eternaliter, sicut superioris est argumentum, sequitur Deum conferre gratiam temporaliiter propter merita operum, tanquam propter causam sine qua non, licet non sicut propter causam penitus principalem, quod 3<sup>rd</sup> capitulum reprobavit. Potestque ista proterea similiter confutari, sicut capitulo decimum sexum similem confutavit. Item quis tantum desipiat quod dicit beatum Augustinum, quando exposuit quasdam propositiones epistole ad Romanos, & scriptum librum 83. questionum, seu 63<sup>rd</sup>. questionem illarum, & dixit, quod merita futura fuerunt causa prædestinationis diuinæ, sicut erat superioris recitatum, tanquam insipiente & insipide sapiente, ut crederet merita futura fuisse causam principalem prædestinationis diuinæ, ita quod Deus non esset principiorum causa illius; immo nulli sane sapienti dubium, quin Augustinus tunc intellectus, licet tale dictum communiter soleret intelligi, & sicut apud communes homines talia verba sonant, quia secundum eundem Augustinum de doctrina Christiana, sic debet quilibet Doctor loqui: & secundum Philosophum Topic. Nominationibus quid res nuncupandæ ut pluries? Nam ea quæ sunt in voce dèbent notificare animæ passiones, ut docet idem Philosophus 1. peri hermenias, & Augustinus 15. de Trinit. 10. quod & diffusè docet Apostolus 1. ad Corinth. 14. Dicit enim: Fratres si veneris ad vos lingua loquens, quid vobis prodero, nisi loquar vobis aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina. Tamen quæ sine anima sunt, vocem dancia sine tuba, sine cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scierit quod canitur, aut quod citharizatur? Et enim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos, per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scierit id quod dicitur? Erit enim in aera loquentes: Tam multa ut puta genera linguarum sunt in hoc mundo: Si ergo nescire virtutem vocis, ero ei, cui loquier, barbarus, & qui loquitor, mihi barbarus: Sed in Ecclesia voce magis quinque verba sensu meo loqui, ut alios instruam, quam decem milia verborum, lingua. Unde & Nheminius 8. Legit in libro legis Dei distinctiones, & aperit ad intelligendum. Erquod dictum est de loqua, idem intelligendum est de Scriptura, quoniam secundum Philosophum 1. peri hermenias & Augustinum 15. de Trinit. 10. Ea quæ scribuntur sunt nosce corum quæ sunt in voce, & secundum Apostolum ad Rom. 15. quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Augustinus ergo quando primò docebat prædestinationem fieri propter merita futura praescita à Deo, intellectus sicut communiter apud omnes talia verba presentantur, & quando hoc recitauit similiter. Secundum ergo posteriorem sententiam Augustini, non est verum ad communem hominum intellectum, quemquam prædestinari propter opera sua futura, & communis hominum intellectus de tali propositione, Jacob prædestinatur propter opera sua futura, est ille, quod opera Jacob, futura praescita à Deo fuerunt aliqua causa saltem partialis mouens Deum ad ipsum prædestinandum ad regnum, non quod fuerunt causa totalis & principalis, ita quod Deus non ageret ibi quicquam, vel non principaliter ageret Deus prædestinationem, quam illa. Ex his quoque apparet, quod omnes Doctores catholicici, immo & Ecclesiæ tota Dei condemnantes hereticos errorēs Pelagi, ponentes gratiam secundum merita nostra dari, & prædestinari quocunque propter merita sua futura, intelligunt modo dicto: Quare constat illam assertiōnem esse hereticam, quæ assertit merita causam sine qua non, causam scilicet partiale mouentem, seu excitante Deum ad prædestinandum quocunque, vel ad gratiam alicui conferendum. Et si iste non sit intellectus communis Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum Doctorum de causatione meritorum respectu gratiae, & prædestinationis, affliget falsigraphus iste sine iurellatu, si posse, alium intellectum communem competere iure, aut etiam competenter, saltem secundum fictionem capituli sui phantasticæ, & ille suis intellectus, & error suis secundum illum intellectum per præhabita, & melius forte per alia, quæ me latent, tanquam non intellectus, nec intelligibilis catholicæ, ab intelligentibus catholicis, sicut ipso, satis intelligibiliter conuinceatur: Sed con-

siderent

A siderent quæ so tales, & timeant, quoniam Spiritus Sanctus discipline effingit suum, & auctor se à cogitationibus, que sunt sine intellectu, ac ideo in conspectu Domini deprehenduntur humiliiter, ut de cœs iuxta suum eloquium, intellectum, & nequaquam iuxta suum intellectum, eloquum Domini detur ei, & iste est intellectus bonus omnibus facientibus cum semper.

## C O R O L L A R I V M.

*Corollarium quod nullus prædestinatur aut reprobatur propter opera quæ faceres si viles tu es, nec nullus salvatur propter opera, vel damnatur.*

quod elationis est, quod homo partem fidei sibi tribuat, partem Deo. Totum igitur bonum A nostrum totaliter denuo Deo, dicente Augustino de bono perseverantie 9. Tuiores viuimus si totum Deo damus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus. Item iste fuit error & aliani Pelagiani. Ipse enim ut recitat sanctus Prosper in libro pro praedicatoribus gratia Dei contra Cassianum 25. in secunda sua definitione sic dixit; Adeo, igitur inseparabiliter nobis diuina proteccio, tantaque est erga creaturam suam pietas creatoris, ut non solum comitetur eam, sed etiam praecedat iugiter prouidentia, quam expertus Propheta, confitetur dicens; Deus meus, Misericordia eius me preueniet, qui ramen in nobis ortum quendam bonae voluntatis inspererit, illuminat eam atque confortat, & incitat ad salutem, incrementa tribuens ei quam ipse plantauit, vel nostro conatu viderit emersisse, contra quem Prosper immediate subiungit; Nam in hoc à praemissa definitione disceditur, & quod totum gratia datum fuerat, ex parte nunc in libero arbitrio deputatur. Item error Pelagianus debet nobis fidei nostra principium, & Deo totum augmentum, ut patet de praedicatione B Sanctorum 2. & 3. Ille error dat Deo principium & nobis totum augmentum; Tantum ergo distat hic ab alio, quantum convertens à conuersa; Imò iste videtur deterior quam sit ille. Ille namque tribuit homini partem fidei priorem sed peiorem, scilicet minus bonam, posteriore autem sed meliore dat Deo; iste vero è contra partem meliorem tribuit homini, & peiorem dat Deo. Item si augmentum gratiae esset homini tribuendum, hoc esset proprium meritum hominis, quia scilicet meritum voluntatis humanæ præcederet, augmentum gratiae sequeretur, quod est contra Augustinum scribentem ad Bonifacium Papam, contra Pelagianos, ut recitat Lumbardus 2. sent. dist. 26. in hac verba; ipsa gratia mereatur augeri, ut ructa meatur & perfici, voluntate comitate nisi ducente, prædiscequa non præuias; cui & concordat capitulo quadragesimum primum probans gratiam in agendo præcedere voluntatem humanam, Capitulum quoque trigesimum nonum probat nullum mereri augmentum gratiae de condigno, imò quo ipum augmentum gratiae gratis datur, quare & gratis prædestinatur ab eo, sicut sepius est agutum. Hoc insuper testatur Apost. ad Col. 2. līc dicens, Nemo vos seducat, ut volentes in humiliitate & religione Angelorum quia non videt, ambulans frustra inflatus sensi carnis sita, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crevit in augmentum Dei. Super quod Glossa, Capit. id est, Christum, ex quo, id est de cuius plenitudine, accipiendo, totum corpus, id est Ecclesia per nexus charitatis & coniunctiones fidei & spei & operum, in quibus fideles coniuncti sunt & similes, subministratum & constructum crevit in augmentum Dei, id est, quantum Deus prouidit: Augmentum ergo virtutum & operum est prouisum & prædestinatum à Deo sub qualibet eius gradu, quare & prædestinato, cuilibet prædestinatus est beatitudinis certus gradus. Hæc enim sibi inuicem mutuò correspondent, quod & penè per omnia potest ostendiri per quæ de gradu operum & virtutum superiorius est ostensum. Amplius autem specialiter ad hoc idem, diversitas mansionum in domo Partis ecclesiæ, non minus est ad perfectionem & ornatum ciuitatis Dei gloriosæ, quam numerus ciuitum; sed hic est prædestinatus à Deo, ergo & illa. Hunc autem numerum non solum afferit, sed & probat venerabilis Anselmus 1. Cur Deus homo 16. In hunc modum, Rationalem naturam quæ Dei contemplatione beatæ vel est, vel futura est in quedam rationabiliter & perfecto numero præsticata esse à Deo, ita ut nec maiorem nec minorem illum esse deceat; non est dubitandum. Aut enim nescit Deus in qua numero melius decet eam constitui, quod falsum est, ant si scit in eo illam constitueret, & hæc eadem ratio procedit similiter de gradibus præriorum. Dicitque Augustinus 3. de imperio suum creatori Angelorum: Non enim vel bonitas eius quasi aliquo tædio, vel omnipotenti difficultate deficeret ad creandos alios, quos in eis sedibus collocaaret, quas peccando alii deseruerint, aut creature spiritualliter quantilibet numeri pro suis meritis damnaretur, angustare posset ordinem, qui conuenienter & decenter excipi quocunque damnatos. Si ergo in sedibus peccantium sint alij collocaendi, certus videtur numerus prætaxatus, & si sit certus ordo qui conuenienter & decenter excipiatur quoscunq; damnatos, multo magis viseretur esse similiter de salvatis. Idem Ench. 21. Superba Ierusalem māter nostra ciuitas Dei nulla ciuitum suorum numerolitate fraudabitur, aut etiam uberiori copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum nominum, aut immunitorum demonum nouimus in quorum locum succedentes filii sanctæ matris Ecclesiæ, que sterilis apparebat in terris, in ea pacē, de qua illi ceciderant, sine illo tempore termino permanebunt: Sed illorum ciuitum numerus, siue qui est, siue qui futurus est, in contemplatione est eius artificis qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, ac in mensura, & numero, & pondere cuncta disponit. Idem-

- A que de correptione & grata 61. Prædestinatorum ita certus est numerus, ut non addatur eis quisquam nec minoretur ab eis, quod probat per duas autoritates Scripturæ: Primæc. Mat. 3. Facte, inquit Iohannes Baptista, fructum dignum peccantem, & nolite dicere apud vosmet ipsos, Patrem habemus Abraham; potens cit enim Deus de lapidibus illis suscipere filios Abraham, ut ostenderet sic esse istos amparandos, si non fecerint fructum, ut non deficit numerus qui promissus est Abraham: Tamen apertius in Apocalypsi dicitur, Tene quod habes ne aliis accipiat coronam tuam: & est Apoc. 3. S: enim aliis non est recepturus nisi iste perdidit, certus est numerus electorum, id est, non potest augeri vel minui, sicut exponit Lumbardus 1. sentent. distin. 40. sicut & videtur rationabilis intellectus. Cui fatus consonat illud Job 34. Conteret multis & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Super quod Gregorius 25. moral. 9. dicit, Notandum, quia dum alijs cadentibus, ad standum alij solidari perhibentur, electorum numerus certus ac definitus ostenditur. Vnde etiam Philadelphie Ecclesiæ per Angelum dicitur, Tene quod habes, ne aliis accipiat coronam tuam. Adhuc autem iuxta praemissa diuersitas graduum mansionum in celo, non minus ad diuinam prouidentiam & prædestinationem pertinere dignoscitur, quam nomina ciuium ecclesiæ futurorum: sed nomina propria omnium electorum sub diuinâ prouidentia & prædestinatione certissimè continentur. Dicit enim Prophetæ de Deo, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat Psalm. 146. Per stellas autem Augustinus & omnes Doctores electos & prædestinatos intelligunt. Nonne & istud congrue figuratur in illo precepto Dominico, Tollite sumnum vniuersitatis congregatiōis filiorum Israhel, per congregatiōes & domos suas, & nomina singulorum? Numer. 1. Nonne & veritas ipsa dicit, Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis, Luc. 10, & Iohann. 10. proprias oves vocat nominatim? Super quod Augustinus sermone 45. Habet enim nomina eorum scripta in libro vita. Hinc dicit Apolonus, Nominis Dominus qui sunt eius. Amplius autem diuersitas graduum ecclesiæ mansiōnū ecclesiæ C sitis Ecclesiæ pulchritudinem conficit & ornatum, sicut sonorum diuersitatem melodiam perfecti dulciorē, & colorum varietas picturam efficit pulchritorem, sicut nullus ignorat: Vnde sicut & testatur Philosophica & Theologica de contrariis & diuersis præmissa 34. primi. Quare & Alacen. 2. perspectiæ sive capitulo de pulchritudine, Diuersitas, inquit, facit pulchritudinem, quoniam figura membrorum animalis sunt diuersarum partium, & non sunt pulchra nisi propter diuersitatem partium; quoniam si natus totus esset æqualis grossitudinis, esset in fine turpidinus; & pulchritudo eius non est propter diuersitatem duorum extremitatum eius, & eius pyramidalitatem, & similiter pulchritudo supercitorum non est nisi quando extrema eorum fuerint subtiliora residuis anterioribus, & similiter omnia membra animalis quando intuentur, inueniuntur quod pulchritudo eorum non nisi ex diuersitate figurarum partium eorum, & similiter Scripturæ, quoniam si partes omnia Scriptura essent aquæ grossitudinis, non apparet pulchritus, quoniam extremitatibus non apparent pulchritus, D. nisi quando fuerint subtiliora residua, quoniam esset extrema literarum, & media eorum, & continuatio eorum essent vniuersitatis spissitudinis, esset Scriptura in fine turpidinus: diuersitas ergo facit pulchritudinem. Cur etiam aliter præciperet Deus cortinas tabernaculū fieri variatas, & velum pulchra varierate contextum? cur aliter ex varietate vestitus laudaret Prophetæ reginam coelestem, triumphantem Ecclesiam, sponsam Christi, non habentem maculam, neque rugam, dicendo, Astitit Regina à dextera tuis in vestitu deaurato, circumacta varierata? & quis pulchritudinis huius auctor, nisi totius pulchritudinis pulcherrimus auctor Deus, & non voluntate mutabili & nouella, sed immutabili & æterna, sicut præhabita perspicue docuerunt?

## C O R O L L A R I V M.

E Corollarium, quod omnes gradus gratiarum, meritorum, prosperitatum, aduersitatum, glorie sue peccata, in presenti & in futuro similiter sunt prædestinati à Deo eternæ & distinctæ. Istud totum Corollarium tam pauciter consequitur ex præmissis; quod probacionis auxilio nusquam eget.

## C A P. XLVII.

Objicit, &amp; respondeat.



Bijiciunt autem Pelagiani contra præmissa de Prædestinatione & Reprobatione, conantes ipsas vel omnino destruere, vel saltet ostendere ipsas esse secundum meritum personatum. Deus, inquit, irrationabiliter nihil agit; & non est aliqua ratio quare Prædestinat aut reprobatur vnum vnum quam alium. Prædestinat ergo vel reprobatur omnem vel nullum; Et non omnem, sicut omnes dicunt concorditer, ergo nullum. Vei si sit aliqua ratio quare Prædestinat vel reprobatur hunc non illum, illa non potest fundari nisi in meritis, & differentiis meritorum. Quare & Iacobus Abbas de Flore, de præscientia Dei & Prædestinatione electorum, dialogizando inter Benedictum querentem & ipsum respondenter, assignat duplum rationem & causam Electionis, Prædestinationis, & misericordie Dei, quatum prima est aptitudo ad misericordiam, salutem, & bonum; secunda, actio ipsa bona; contrariorum vero contrarias causas ponit & contrarias rationes. Item dedit eis potestatem filios Dei fieri Iohannes, i. quod ergo homines secundum Prædestinationem & gratiam filii Dei sunt in eorum libera potestate, & non nisi per merita Deo grata. Huic & concordat Propheta Psal. 68. vbi recitat peccatis quorundam subiungit; Deleanur de libro vniuersitatis, & cum iustis non scribantur. Et illud Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, quam scilicet Deus suis electis reprobavit. Item si Adam non peccasset, nullus fuisset reprobatus, sed quilibet prædestinatus; vtrumque ergo istorum est proprium merita correspondens. Item iniquum & crudeliter est, hominem vel Angelum nocere alteri sine culpa aliqua precedente, nec hoc posset facere sine culpa; quanto magis ergo Deum iustissimum & pietissimum hoc non decet? quare nec decet quod aliquem reprobet, & ad id ignem aeternum prædestinet, nisi propter culpam aliquam præcedentem. Verum prima istorum irrationabilis ratio, per præmissa, 2<sup>o</sup>. & 3<sup>o</sup>: & capitulo sequentibus lucide potest solui. Quod autem ad confirmationem adducitur de Iacobim, licet fuerit magnus Doctor, autoritate magna non habet; sicut in materia de trinitate fuit Arianus, vt patet in libello quem edidit contra Petrum Lombardum de Trinitate, seu de essentia Trinitatis, & per Innocentium tertium, & Concilium generale, sicut recitat. Ex ea de summa Trin. & fid. Catholica, Damnamus: sic in ista materia fuit Pelagianus, poneendo causam originalem Prædestinationis & Reprobationis, non ex parte Dei Prædestinatus & Reprobatus, sed ex parte Prædestinationis & Reprobatorum, aptitudinem scilicetque actum, sicut superius recitat. Laborat tamen ut periculofum pelagus Pelagianorum declinerit, dicendo, causam Electionis & Reprobationis diuinam esse aptitudinem ad misericordiam, vel ad iram, non autem ad opera neque actus. Et Benedicto querenti, quænam sit illa aptitudo ad bonum vel ad malum, si non sit opera bona vel mala, vt dicit Apostolus de Iacob, & Esau, responder, quod non est opus, sed receptaculum gratiae vel irae, ex quarum prima, bona; ex secunda, mala opera oriuntur. Erinfra, dum hos vel illos Deus eligeret, non quaeruit in eis iustitiam, quam ipse erat datus, sed solam materiam humilitatis, & misericordias, ita est, vt sciret apud misericordiam. Verum quia nimis propè ripam pelagi Pelagiani accedit, precipitum passus, ipsius voragine est absorptus, vt etiam dicaret causam Prædestinationis & Reprobationis esse merita personarum. Et ut diffusum eius processuum succinidet recolligatur, vult quod causa Prædestinationis sit humilitas, Reprobationis superbia. Dicit enim Abiechio & miseria est propriæ causa diuinæ electionis. Vnde Apostolus, Videit, Fratres, vocacionem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, sed quia stulta sunt mundi elegit Deus. Erinfra liquet luce clarius, quod non pro iustitia assumatur aliquis a Deo, sed pro miseria, non pro operibus, sed pro exiliante, non pro fortitudine, sed pro infirmitate, non pro sapientia, sed pro stultitia, non pro nobilitate, sed pro ignobilitate; sicut Phariseus illeretur, fuis est pro iustitia sua, publicanus vero assumpimus pro suis peccatis, non quia iniustitiam amat Deus, sed odit iniustitiam puritate, sed quia repellit superbitatem de iustitia, parvitetem humilibus penitentibus de peccatis. Et infra, Electionis causa est abiechio & afflictio, non quia ista simpliciter placent Deo, sed quia parvunt humilitatem quam solam requiri Deus virtutem Angelis & in hominibus. Et infra, Quia præscient Dominus populum Iudaicum futurum superbuit, adiuit & repulit eum. Ex quibus & evidenter apparet quod sit contrarius

sibi

## C A P. 47.

## De Causa Dei.

A sibi ipsi. Quo modo etiam scire potest quod aptitudo, prædestinationis vel reprobationis sit causa, cum ex eis prætorum unus aliquoties assumatur, & aliis relinquatur, immo & aliquando assumuntur minus apertus, & relinquuntur magis apertus? Quomodo etiam est abiechio & miseria causa prædestinationis diuinæ, cum multi, vt meo, hic abiechi, miseri, & merceti finaliter reprobantur, multi etiam hic semper nobiles, felices, & diuites prædestinentur ad vitam: le sanctis etiam Angelis prædestinatis, & finaliter confirmatis nunquam tunc abiechio, neque miseria qualificunque, quia nec culpa, nec punitio, quae insuper abiechio vel in tempore lugentia, quare Christus prædestinatus est Dei Filius in virtute, ad Rom. 1. quod & possit multo rationibus alijs reprobari. Sed quia non multi adhaerent, sufficiente illa pauca. Cum autem allegant Iohannem dicentes: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, videatur eos velle atruere aliquos fieri seu posse fieri nouiter filios Dei secundum prædestinationem, vt scilicet de non prædestinatis, quare & de reprobatis hiant nouiter & temporaliter prædestinati, & deinceps nimirum esse reprobati, contra prius ostensa 23. & 45. huius, quod & contradictionem euidenter includit, sicut ex eisdem locis potest perspicue demonstrari. Diutum quoque Iohannem magis videtur probare contrarium: Non enim dicit; Dedit eis potestatem filios Dei se facere, sed filios Dei fieri. Sed a quo? nonquid ex seipso, nonquid ex propria voluntate? quis vnguam se gignit? quis vnguam nascitur ex seipso? quis filius Diaboli potest se gignere, & parere filium Dei? Audi quod sequitur; Neque, inquit, ex voluntate carnis, neque ex voluntate vni, sed ex Deo nati sunt. Non ergo ipsi se ipso, sed Deus filios Dei facit. Quare & Philosophus 5. Metaph. 17. & 9. Metaph. 2. ostendit, quod duplex est potestas, & potentia, scilicet & paterna: Tale est ergo quod hic dicitur: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, quale est illud quod dicitur ad Rom. 8. quinque spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt: Dedit ergo Deus omnibus potestatem filios Dei fieri, scilicet animam rationalem & liberum arbitrium libertatis & voluntatis receptionis gratiae in praesenti, & glorie in futuro, vt sic tam hic quam ibi filii Dei habent, ut tamen in praesenti cum facti sunt filii Dei per fidem & gratiam præsumam in filios Dei adoptantem; liberè facient grata opera filiorum, vt sic grati filii liberè perseverent, in tantum quod nihil potest istam filiationem eis eripere nisi veientur. Quare & dicit, ibi Chrysostomus, sicut allegatur in Glossa, dixit; Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ostendens quod malo opus studio, vi etiam, que in baptismo adoptionis formata est, imaginem incontaminatam semper contundamus, simul autem & ostendens quoniam potestatem hanc nullus nobis vel auferre poterit, nisi nos ipsi auferamus; simul etiam ostendere vult, quoniam haec gracia aduenit voluntibus & studiis. Etenim in potestate est liberis arbitrii, & gratiae, operatione filios Dei fieri. Et Augustinus homil. 3. super Iohannem: Quare, inquit, nascuntur omnes in peccato: quia ne natus est præter Adam: vt autem nascuntur ex Adam, necessitas fuit ex damnatione, nasci per Christum voluntatis est & gratiae: non coguntur homines nasci per Christum; non quia voluerunt, nati sunt ex Adam, omnes tamen qui ex Adam, cum peccato peccatores somnes, qui per Christum iustificati & iusti, non in se, sed in illo. Nec etiam dicendo: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ab illa factione Deum excludit, & hominem solum includit; neque si factio illa sit amborum communis, hominem ibi preponit, & Deum postponit ordinem naturali. Quare & dicit; Dedit eis potestatem filios Dei fieri, non te facere: Et iterum; Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, qui huius diuinae generationis principium est & auctor. Quare & Beda, sicut allegatur in Glossa; Carnalis, inquit, singulorum generatio à complexu conjugij duxit originem, at verò spiritus Spiritus Sancti gratia ministatur. Et Chrysostomus; Hec autem narrat Euangelista, vt visitarem & humiliarem prioris partus, qui est per sanguinem & voluntatem carnis addiscentes, & altitudinem secundi, qui per gratiam & nobilitatem est, cognoscentes, magnam quandam hic suscipiantur intelligentiam, & dignam domino ipsius qui genuit, & multum post hac, studium demonstremus. Dicitque Augustinus homilia tercia super Iohannem; Quotquot receperunt eum, dicit eis potestatem filios Dei fieri, si filii sunt, nascuntur; si nascuntur, quomodo nascuntur, non ex carne, non ex sanguinibus, non ex voluntate carnis, non ex voluntate viti, sed ex Deo nati sunt. Gaudent ergo quod ex Deo nati sunt, præsumunt se pertinere ad Deum, accipiunt documentum quia ex Deo nati sunt; Et Verbum caro factum est, & habivit in rebis. Si Verbum non erabat nasci de homine, homines crebescunt nasci de Deo. Neque dicendo: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, dicit, quod dedit eis potestatem filios Dei fieri per prædestinationem opera meritorum, sicut Pelag. somnians. Absit quod Euangelista suo Domino contradicat, quis ipsorum recitante infra 6. sic autem Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit me: & Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. Absurda quod libi ipsi in tam brevi serie coartadicat: cito namq; post hanc verba eius superius recitata, dicit quod verba sunt plenum

\* scilicet plenam gratiam & veritatem, & addit. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Accepimus, inquam, primò gratiam gratis datam & veritatem, quia gratiam ante promissam, & sic gratiam pro gratia, gratiam scilicet gratiam datam pro grata promissione gratuita gratia propheticè prius facta, vel accepimus in ipso certa secundò gratiam beatitudinis in futuro, pro gratia in re, & gratis operibus in presenti. Quare & Augustinus homilia 5<sup>a</sup>. super Ioannem, sic scribit, non ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia; sed sic ait; Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, vbi nescio quid nos: olerint intelligere de plenitudine eius accepisse; & in super gratiam pro gratia: Accepimus enim de plenitudine eius primò gratiam, & rursum accepimus gratiam pro gratia; quam gratiam primò accepimus? Fidem; In fide ambulantes in gratia ambulamus. Vnde enim meritorum hoc? quibus nostris præcedentibus meritis? gratia tibi data est, non merces redditia. Vnde vocatur gratia quia gratis datur: Non enim præcedentibus meritis emisi quod accepisti. Hanc ergo accepit gratiam primam peccator, ut eius peccata dimitterentur; quid meruit, interroget iustitiam, inueniet penam; interroget misericordiam, inueniet gratiam. Sed hoc & promiserat Deus per Prophetas: Itaque cum venire quod promiserat, non solum gratiam dedit, sed & veritatem. Quomodo exhibita est veritas? quia factum est quod promissum est: quid est ergo gratiam pro gratia? Fide promeretur Deum, accipit premium immortalitatem & vitam eternam, & illa gratia est, Nam pro quo merito accipit vitam eternam? pro gratia. Dona sua coronat Deus, non merita tua. Potest quoque multum congruè intelligi & exponi ad literam, de his qui sancti sunt actualiter filii Dei per fidem & gratiam in presenti, quod dedit eis potestatem, scilicet gratiam liberum arbitrium adiungens, filios Dei fieri finiro, in regno celorum. Quare & praetextit, Quoquot autem receperunt eum, scilicet per fidem formatam, in eum credendo, dedit eis, &c. Quare & Theophilus, sicut allegatur in glossa, Quia, inquit, in resurrectione filiationem perfectissimam consequemur, secundum quod Apostolus dicit, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri, dedit potestatem filios Dei fieri, est, hanc gratiam in futura gratia consequendi. Cum vero obijciant illud Psl. Deleantur de libro viuentium, si intelligent secundum superficiem literalem, hanc concedere, quod prædestinatio & reprobatio est temporalis; ita scilicet quod aliquis prius fuit prædestinatus, & non reprobatus, & nunc non est prædestinatus sed reprobatus; Si enim quis temporaliter deleatur de libro viuentium, tunc est ita contra prius ostensa. Quare oportet quod habeat alium intellectum. Poecil ergo intelligi de deletione secundum presentem iustitiam, secundum distinctionem 2<sup>a</sup>, præmissam vel deleantur, id est delecti, hoc est non scripti habentur, seu ostenduntur, secundum quod subditur, Et cum iustis non scribantur. Vel etiam deleantur secundum propriam spem illorum, sicut & Deus dicitur potuisse, sicut septimum recitauit. Quare & August. super illum Psl. tractatu 2<sup>a</sup>. Fratres, inquit, non sis eccl: pere debemus, quoniam quemquam Deus scribit in libro vita & delet eum. Si homo dixit, quod scripsi, scripti, de titulo vbi scriptum erat Rex Iudæorum, Deus quemquam scribit & delet? Præfici est, prædestinarit omnes, ante constitutionem mundi, regnatores cum filio suo in vitam eternam, hos conserpit, ipsos continet liber vitæ: Quomodo ergo inde deleantur, vbi nunquam scripti sunt? hoc dicunt est secundum spem ipsorum, quia ipsi scriptos putabant. Quid est deleantur de libro vita: & ipsis constet non [illos] ibi esse. Sic ergo illi qui se sperabant tanquam merito iustitiae situr in libro Dei scriptos cum perduta fuerit corum damnatio, etiam ad cognitionem eorum, delebuntur de libro viuentium, id est non ibi se esse cognoscunt. Nam versus qui sequitur, exponit quod dictum est, Et cum iustis non scribantur: Dixi ergo, deleantur secundum spem ipsorum, secundum auctoritatem tuam quid dico? non scribantur. Intelligentes gentes illud Apocalypsis ad literam, Tene quod habes, ne alius, vel ut nemo accipiat coronam tuam, habent similiter dicere, aliquem posse temporaliter & non iterum coronam prædestinationis amittere, & aliud admittere, & ita consequenter hunc definire temporaliter & non iterum esse prædestinatum, & incipere esse reprobatum, & illum ècontra; quod prædestinationis non permittunt. Nec Joannes, inquit nec spiritus in Ieanne dicit aut innuit quemquam per se & propius viribus, sine Dei auxilio tenere aut posse tenere suam coronam, in bona scilicet vita & bonis operibus perseverare usque in finem; aut quemquam posse per se & viribus suis tantum sine Deo specialiter operante, accipere coronam prædestinationis aut gratia in presenti vel gloria in futuro. Sicut 2<sup>a</sup>, 9<sup>a</sup>, & 35<sup>a</sup>, & sequentia cum 45<sup>a</sup> probant. Hoc idem & verba fidelissima eiusdem loci fidelissime contestantur. Hæc dicit sanctus & verus qui habet clavem Davidis, qui aperte & aerno claudit, qui claudit & aerno aperit: Ecce dedicoram te ostium

A. te ostium aperit, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & ego seruabo te ab hora tentationis. Ecce venio citio; Tene quod habes &c. vbi patenter docetur, quod perseverantia in bono est primò ex conformatione diuina, secundò ex cooperazione humana; quanto magis inchoatio & adeptio bona vita non est homini à se solo. Cum ergo dicitur, Tene quod habes, &c. prævenerit & excitatur bonus, ut in bono finaliter perseveret: Sic enim fortassis erat prædestinatus, ut per talem exhortationem Dei vel hominis perseveraret finaliter & coronam acquireret & teneret iuxta præmissa 23<sup>a</sup> Argalans. huius. Vnde & Augustinus de bono perseverant. 64. Qui nondum sunt vocati, pro eis ut vocentur, oremus; fortassis enim sic prædestinati sunt ut nostris orationibus concedantur, & accipiant gratiam, qui velint & efficiantur electi; Deus enim qui omnia prædestinavit, implebit. Potest quoque illud Apocalypsis exponi, sicut & illud Psalmi præmissum; Potest enim quis amittere, vel accipere coronam vite secundum præseptem iustitiam, vel secundum manifestationem, vel secundum spem firmam. Quare & Augustinus de bono perseverant. 7. probans perseverantiam finali non posse emitte, & innuens distinctionem de amiti, sic ait, Perseverantiam usque in finem, quoniam non habet nisi qui perseverauerit. Sic in finem, multi eum possunt habere, nullus amittere. Sed ne forte dicatur perseverantia usque in finem non amitti quidem cum data fuerit, id est, cum perseveratum fuerit usque in finem, sed tunc amitti quoddammodo quando agit homo per contumaciam, ut ad eam peruenient non possit, sicut dicimus hominem qui non perseverauerit usque in finem, amissive vitam eternam vel regnum Dei, non quod tam acciperat & haberet, sed quod acciperet si perseveraveret; verborum controversias auferamus, & nonnullam etiam que non habentur, sed habenda perrantur, posse dicamus amitti. Quod vero arguitur, Si Adam non peccasset, nullus fuisset reprobus, sed quilibet prædestinatus, non probat ista ex meritis dependere. Quantum enim ad formam illationis stat oppositum manifestet. Si namque, sicut ex 45<sup>a</sup> videtur, Deus non prædestinat homini certum finem, vel hominem ad certum finem, puta vitam proprie opera sua futura, sed è contra, nullo modo concludit, quia si homo aliter fecisset, Deus aliter prædestinasset, à posteriori ad prius: Hominem enim aliter fecisse, non tuisse causam, nec prius causaliter aut naturaliter, quare Deus prædestinasset aliter, sed è contra. Cuicunque pluit est, Si Christus non fecisset opera bona, non fuisset prædestinatus filius Dei; ergo propter opera sua bona prædestinatus est filius Dei; Fallit; Si Paulus non prædicasset, non fuisset prædestinatus, seu electus ut prediceret; ergo quia prædicavit prædestinatus fuerit prædictor? Non, sed è contra: Si Sol nunquam luceret, non ignis esset faciebat, non fuisse prædestinatus, ut sic faceret; ergo quia sic facit, prædestinatus est sic facere? Non, sed quia prædestinatus, seu præordinatus est ita facere, ita facit. Nec est omniusque clarissimum, quid si Adam non peccasset, nullus fuisset reprobatus. Videatur enim nonnullis non fuisse necessarium, habet Adam stercor, quod tamen sua posteritas fuisse statim effecta imperceptibilis, & finaliter confirmata; sed tunc posse lo posteros suos habuisse libertatem contradictionis ad bonum & malum. Tenendo tamen cum Anselmo 1. Cur Deus homo i o. quid si Adam fecisset finaliter, tota sua posteritas fuisset imperceptibilis confirmata, tunc secundum sententiam Gregorij 4. Moral. 39<sup>a</sup> huius præmissam, nullus reprobatorum generatus fuisset, sed soli illi qui nunc sunt prædestinati ad vitam; nec idē peccatum Adæ est prima causa reprobationis, sed si ipse non peccasset, Deus aliter ordinasset, sicut superius dicebatur. Et si obijcas contra istud, quod aliquis prædestinatus generatur quandoque ab aliquo reprobato, sicut Christianus à non Christiano, & bonus Christianus à malo, nec fuisset ab aliquo genitus, si Adam non peccasset, non ergo soli nunc prædestinati fuisse tunc nisi non mihi, sed beato Gregorio potius contradicis. Veruntamen pro defensione beati Gregorij, potest multipliciter responderi; uno modo, quid si Adam non peccasset, soli illi fuissent tunc nati, qui sunt nunc electi; hoc est, solummodo toti fuissent tunc nati, quod sunt nunc electi, vel aliter, soli illi &c. verum est secundum animas. Tunc enim Deus creasset animas illas tantum, quae sunt sunt animæ electorum, licet quasdam fortassis corporibus alijs copulasset: vel a hinc fortitan alter potest dici, quod soli illi secundum animas, & secundum corpora fuissent tunc nati, qui sunt nunc electi; sed aliquis electus nunc genitus ab uno patre puta à reprobato fuisset tunc genitus ab alio, videlicet ab electo. Sed obijcis mihi forte, Si enim sic esset, illas poterit generare Abram patrem suum, quod videtur absurdum: quia si etiam ratione, immo maiori potuit genuisse quemlibet alium hominem, & homines infinitos, contra præmissam in ostensione 40: partis Corollarij, primi, huius. Si insuper ita fuit, cur potius genuit Iacob, quam quemlibet alium hominem, cum ipso tunc indiferens, & mater simili ratione? Adhuc autem si sit ita,

Lumbardus.

sirita, ponantur duo homines à quæ potentes ad generandum Iohannem futurum, apponantq; A operam requisitam, & uterque generabit eundem Iohannem in diversis locis. Cur enim potius hic quam ille: & si hic vel ille solus egisset, Iohannem procul dubio genuisset; quare & nunc cum simil modo agat. Posset quoque secundum istam sententiam homo iuueni suam suam fænum auriter generare, & reddere cum puerum iuuenem vnius dici; simulque decrepitum & infante, cum alijs abiurditatibus multis valde, imo & posset mortuum suscitare. Posset etiam aliquem generare, qui olim fuit mortuus & sepultus. Dicunt queque Philosophi, quod si agens est idem & passum idem, auctum erit idem; quare & à contrario, Stagirus aut passum sit diversum, puta pater vel mater, auctum diversabitur, puta proles. Pro solutione illorum, dicendum quod duplex est sententia circa identitatem hominis numeralem; una, quod ad identitatem hominis numeralem, nequaquam requiritur identitas corporis hominis, neque secundum totum, neque secundum aliquam sui partem, sed sola identitas animæ numeralis; ita quod si anima Petri poneretur in copore Pauli, vel B alterius cuiuscunque, esset nihilominus idem Petrus; Altera, quod ad identitatem hominis numeralem, requiritur identitas animæ numeralis, & etiam corporis vel secundum totum vel secundum partem aliquam principalem, partemque alias principales. Secundum primam autem sententiam, omnia obiecta faciliter possunt solvi, dicendo quod non est in potestate hominis generantis, generare A vel B istum vel illum, sed in potestate Dei, animam quam voluerit infundentis. Supponendo queque secundam sententiam, non improbabiliter respondendum, quod idem filius potest ex diuersis partibus generari, non tamen ex diuersis seminibus, quæ tribuunt filio materiam corporis principalem. Quod autem idem semen, quod ab uno deciditur, ab alio posset decidi, apparer, quia illud semen est superfluum alimenti, ex terra digestione relatum, & si alijs penitus similiis idem alimento assumetur, carceris partibus eandem partem ipsius digerendo conuertetur in substantiam suam, quam alijs, & candem superfluitatem, relinqueret; sicut vnum ignis combustibili certo applicitus generat vnum ignem; & si alijs penitus similiis similiiter fuisset applicitus, & non pravaus, eundem ignem numero generasset, quem primus; eo quod quodlibet combustibile seu eius materia, est in potentia propria, seu proxima ad vnum ignem tantummodo, seu unicam formam ignis, aliquam est in potentia proxima ad infinitos seu infinitas simpliciter. Ex his potest faciliter clici responsio ad obiecta. Illud autem Philosophicum, Si agens est idem & passum idem, auctum erit idem; non videtur statim simpliciter concedendum: Idem namque pater & mater diuersis temporibus generant proies diuersas; Et idem Sol in eodem aere seu vitro, & in eadem Luna, diuersis temporibus generat lumen diuersum. Quapropter & Autroes super 12. Metaphys. Aristotelis 1. scribit ita, Si materia fuerit vna, & generans vnum, & potentia vna, tunc illud quod fit erit vnum. Subiectum enim cum fuerit vnum, & potentia existens in eo fuerit vna, & agens vnum, tunc nulla erit causa multitudinis. Pro argumento de iniquitate, & crudelitate scindendum quod non omnis pena rationabiliter illata homini ab homine, proprius culpam suam praecedentem infert, sed aliquoties ad cautelam, multiplicique de causa, sicut multis locis apparet in Scripturis diuinis pariter & humanis. Quare & quædam regula Iuris dicit, Sine culpa, nisi subfir causa, non est aliquis puniendus, Extra de Regulis Iuris in sexto cui & multa iuria ciuilia, canonicae concordant. Ostendit quoque Petrus 4. Sentent. distinet. 15. quod quinque de causis flagella contingunt hominibus in presenti; quandoque ad correctionem peccati, quandoque ad inchoationem penæ peccati, quandoque ad augmentum meriti, sicut de Iob, & Tobia, quandoque ad vitiationem peccati, vt patet de Paulo 2. ad Cor. 12. de Angello Satane, quandoque vero ad gloriam Dei, vt patet de cæco nato, Iohann. 9. Quandoque etiam puniatur quis publica penitentia sive pena, vt alij timant, & ita deterreantur a malo, & confirmantur in bono, sicut lex diuina, canonica, & ciuilis concorditer attestantur. Si quis etiam temporaliter puniatur, pro temporali commodo aliorum, cur non temporaliter & aeternali pro temporali & aeterno commodo electorum, vt in presenti magis fugiant malum, & eligant bonum, & in futuro magis laetentur, aetius diligenter & amplius laudent Deum: Multiplex enim utilitas tam in presenti quam in futuro, ex reprobis, fit electis, imo & ipsi reprobis proprius electos specialiter sunt creati, sicut ex 39. patet. Quia ergo iniquitas, aut crudelitas apud Deum, si praedestinet, & faciat vnam creaturam suam ad feruum alterius creature, & vitia que ad suum feci uitium, laudem, gloriam, & honorem: preferim cum nullam aeternali puniatur nisi dignam aeterna pena scilicet suo peccato hoc digna & iustæ aeternaliter exigente, quod & misericordissime & piissime semper puni, quia multum valde, & infinitè quodammodo citra condignum, sicut potest haberi ex 39. huius. Si etiam, vt videatur secundum sententiam Augustini 3. de libero arbitrio 11. & 11. de Ciuitate Dei 27. miserum esse sit eligibilis

A gibilius quād non esse, quād iniquitas aut crudelitas apud Deum, si dat alicui creature magna bona, & magna, licet puniat eam cum alia eius creatura bona, puta cum pena sensus, dum tamen totus eius status sit magis eligibilis quam fugibilis, imo & pro illo, tanquam pro beneficio tenetur reddere grates Deo. Cur ergo non arguitur isti, Deum eo quod puniit bestias innocentias, & parvulos baptizatos non minima pena sensus, qui etiam tradidit innocentissimum Filium suum, & Dominum nostrum Christum paenit acerrimis, crudelissimisque tormentis? Si etiam Deus omnipotens libertimus Dominus totius subditar creaturar, ejus mera voluntas est lex iustissima totius subditar creaturar, sicut ex 12. pater, puniret aeternaliter innocentem, praesentem si ad perfectionem invenerit, vilitatem aliorum, & honorem suis, quis presumere citoque cum eo, redargere cum, & dicere, Cur sic facis? Nullus, credo, sicut ex 12. & 39. claret. An non habet potestatem signos lutu, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? ad Rom. 9. Verum est tamen quod Deus aeternaliter nullum puniri sine culpa sua temporaliter precedente, & aeternaliter permanente, non tamen propter culpam tanquam propter causam antecedenter mouentem voluntatem diuinam, Deus quenquam aeternaliter reprobat, sed propter quasdam causas finales, sicut 20. & 39. plenus est ostensum. Non sic autem sed alter longe de homine respectu hominis sentendum: Homo enim non habet merum imperium super proximum, nec eius voluntas est lex summa, sed subditur legi superiori diuinæ, qua teneatur diligere proximum sicut scriptum. Quidam tamen, vt Scotus super 1. Sentent. dist. 41. volentes vitare reprobationem esse causaliter ex operibus reprobati, & etiam crudelitatem in Deo, dicent quod Lucifer sicut Iudas primò offertur voluntari diuinæ in suis puris naturalibus sine culpa, & sic non vult eum damnare; secundò Deus vult, & ex hoc scit se cooperatum cum eo, ad substantiam actus boni, & sic ipsum peccatum mortaliter committendo, vel non cooperaturum cum eo ad substantiam actus boni, & sic ipsum peccatum mortaliter omittendo, & quatenus prævidetur eum tales, vult ei damnationem & poenam. Ratio tamen Scotti nequam euidenter hoc probat, sicut præcedentia manifestant: Est enim similis argumento de iniquitate & crudelitate præmisso. Veruntamen si ista positio fieri cum præmissis hic & 45. habet, & Deum ab omni iniuste & crudelitate planè excusat, & placet Sartoris, placet mihi. Spiritus veritatis nos docet veritatem. *AMEN.*

*Explicit Liber primus.*

A



# T H O M A E B R A D W A R D I N I L I B E R II.

B

## C A P . I .

*Quod liberum arbitrium sit, & quid sit.*



Ractatu siquidem præmissorum hucusque continvo, progressioque in longius quam putau, tunc ne forte si continua serie prolongetur vterius, laetitudinem iuferat fatigatis, & sustinuerat delicas. Quare sicut congruitas postulat intercessionem quandam, hic facio; sequentia brenius tractaturus. Rursum igitur aliud faciendo principium, ammodo de libero arbitrio differendum. Quædam enim præhabita, videntur liberum arbitrium penitus tollere: quædam autem eius potestatem adimere: quædam vero eius perire libertatem: quæ tamen omnes, maiorum meorum regulis imitando, & sanctorum patrum in herendo vestigia, iuante me Domino, pro laetitate arbitrio, ipero fideliter concordare. Inprimis igitur videtur mihi ipsum liberum arbitrium trahendum. Et quod liberum arbitrium sit ponendum, omnes Theologi, omnes Logici, omnes Morales Philosophi, & fere omnes Philosophi Naturales, unanimitate contestantur. Veritatem, propter aliquos, qui forte trepidant timore ubi non est timendum, videtur hoc mihi breviter ostendendum: Confut siquidem ex secundo, tertio, & quarto primi, Deum, omnia extra se seruare, sacerare, & mouere, & hoc non ex necessitate naturæ, sicut potestem pure naturæ cognitione carentes: nec ex sola cognitione sensitiva, & appetitu naturali irrationali, sicut ceteræ potestæ naturæ irrationales, sed ex rationali iudicio, seu arbitrio intellectus, sicut sextum Capitulum primi docet: nec ex illo solo, sed cum libera voluntate, sicut octauum & nonum capitula primi probant. Quare constat Deus habere arbitrium liberum voluntariis, arbitrium inquit, propter iudicium rationis seu intellectus, & liberum, propter potestatem contingentiam voluntatis. Nam propter has duas operationes harum diuinarum potentiarum in una mente, liberum arbitrium, <sup>hic duo nominis a pro uno nomine sibi sumptu, sicut ipsa ratio nominis manifestat: & quia arbitrium rationis debet precedere voluntatem,</sup> et iesius arbitrium liberum, quam liberum arbitrium vocatur. Vnde Augustinus Hypognostic. 31. dicit, cur liberum arbitrium dicatur esse parvulum differendum: Arbitrium, inquit, ab arbitrandis rationali consideratione, vel discernendo quid eligat quidque resuset, puto quod nomen accepit: Idem, liberum dictum, quod in sua sit positum potestate, habens agendi quod velit possibilitem. Cui & concordat Bernardus de gratia & libero arbitrio 4. pl. 1. Liberum quoque arbitrium, non tantum Deo, sed, & rationali competit creaturæ. Nam necessitas & contingentia seu libertas circa creaturam, naturaliter contrarie opponuntur; & ynuim illorum est naturale, scilicet necessitas, ergo & reliquum: Contra

*Augustini.*

Itariz.



# THOMAE BRADWARDINI LIBER II.

## C A P. I.

*Quod liberum arbitrium sit, & quid sit.*



C

Ractatu siquidem præmissorum hucusque continuo, progressoque in longius quam purai, timo ne forte si continuata serie prolongetur viterus, lascitudinem inferat fatigatis, & fastidium ingrat delicasias. Quare sicut congruas postulat interciliionem quandam, hic facio; sequentia brevius tractaturus. Rursum igitur aliud faciendo principium, annimo de libero arbitrio disserendum. Quædam enim præhabita, videtur liberum arbitrium penitus tollere: quædam autem eius potestatem adimere: **quædam vero** cuius perire libertatem: que tamen omnes, maiorum morum regulis innitendo, & sanctorum Patrum inherendo vestigijs, iuvante me Domino, pro luce libertatis arbitrio, spero fideliciter concordare. In primis igitur videtur mihi ipsum liberum arbitrium statuendum: Et quod liberum arbitrium sit ponendum, omnes Theologi, omnes Logici, omnes Morales Philosophi, & fere omnes Philosophi Naturales unanimiter contestantur. Veruntur eti, propter aliquos, qui forte trepidarent timore ybi non est timendum: videtur hoc mihi breuius offendendum: Constat siquidem ex secundo, tertio, & quarto primo, Deum omnem extra se seruare, facere, & mouere, & hoc non ex necessitate natura; sicut potentie pure naturales cognitione carentes: nec ex sola cognitione sensuisti, & appetitu naturali tracionis, sicut ceteræ potentie naturales irrationales, sed ex rationali iudicio, seu arbitrio intellectus, sicut sextum Capitulum primi docet: nec ex illo solo, sed cum libera voluntate, sicut octauum & nonum, capita primi probant. Quare constat Deum habere arbitrium liberdem voluntaris; arbitrium inquit, propter iudicium rationis seu intellectus: & liberum, propter potestatem spontaneam voluntatis. Nam propter has duas operationes harum diuarum potentiarum in una mente, liberum arbitrium **bac** duo nomina pro uno nomine ibi sunt, sicut ipsa ratio nominis manifestat: & quia arbitrium rationis debet precedere voluntatem, melius arbitrium liberum, quam liberum arbitrium vocaretur. Vnde Augustinus Hypognostic. 31. dicit, cur liberum arbitrium dicatur esse pauculum differendum: Arbitrium, inquit, ab arbitrandeo, rationali consideratione, vel discernendo quid eligat quidque recusat, puto quod nomen accepit: Idem liberum dictum, quod in tua sit positum potestate, habens agendi quod velit possibilitatem. Cui & concordat Bernardus de grana & libero arbitrio 4. plane: Liberum quoque arbitrium, non tantum Deo, sed & rationali competit creature: Nam necessitas & contingencia seu libertas circa creaturam, naturaliter contrarie opponuntur: & unum illorum est naturale, scilicet necessitas, ergo & reliquum: **Consilia Maria**

*Augustini.*

Philosophus.  
Auerroes.

Auerroes.

Apostolus.

Definitio liberi arbitrii.

Lucio 1.

Lucio 2.

traria namque in tantum sibi mutuo correspondent, quod ne dum si vnum est naturale relata, quoniam est naturale, verum quod si vnum est terminatum, & reliquum est terminatum, & hoc eodem gradu. Dicit enim Philosophus i. de Cœlo 44. Contrarium si alterum determinatum est, & reliquum determinatum erit: Super quod dicit Auerroes in commento, hoc est manifestum ex descriptione contrariorum quae sunt in fine remotionis. Nam 10. Metaph. 14. describuntur contraria, quod sunt, Ea quæ posita sunt in eodem genere & maxime differunt, & addit Auerroes, vbi supra, Et cum vnumq; coram maxime distet, necesse est ut sint equaliter in contrarieate: scilicet ut neutrum sit fortius reliquo, & manifestum est per se ut sint in eodem gradu contrarieatis, quod statim probat dicens, Et si non, non in fine distabunt. Possibile enim esset addere super minoria, ut esset magis contrarium, & tunc idem habebet plura contraria: Et illud quod erat positum in maxima distantia, non est ita quod est contrarium positionis. Ex quo pater quod ne dum est contingens & libertas in creatura, sed & tanta, quanta necessitas est in ipsa. Regula quoque Apostolica docet idem: scilicet quod si vnum contrarium est, & reliquum debet esse: si est inquis, Corpus animalia est, & spirituale, i. ad Cor. i. 5. Si igitur est necessitas, est & libertas, & si in aliqua creatura sit contingens & libertas, inter omnes creatura rationalis videtur isto privilegio difformi honoranda. Item nulli dubium, quod aliquam creaturam esse liberi arbitrij est absolute possibile, quem nullam contradictionem includat: quare & possibile est Deum omnipotenter talem creare: Nam alias non esset omnipotens; quæ creatura non videretur alterius rationis à creatura rationali praesenti, quare & creatura rationalis nunc præsens, cum libero arbitrio est creatura. Item omnis arguit, quia molitur ostendere nullam creaturam liberum arbitrium actualiter nunc habere, procedit similiter de creatura possibili habere liberum arbitrium si actualiter ponetur, & contra ipsam nequam concluderet: quare nec concludit contra creaturam rationalem actualiter existentem. Ex his autem evidenter appetit, quod liberum arbitrium, seu potius arbitrium liberum potest definiri seu describi hoc modo, Quod ipsum est potentia Rationalis rationaliter iudicandi, & voluntariæ execundi. Igitur autem concordat, Hugo 3. Sent. 20. & 1. de Sacrament. part. 5. cap. 20. & 21. & Pet. 2. Sent. dist. 24. & 25. Alij quoque multi, alijs locis multis,

## C A P . II .

### De adiutori liberi arbitrij & eius obiecto.



Tabilita igitur libera voluntate, restat consequenter inquirere de actu, & obiecto ipsius. Docet siquidem experientia & natura, quod Actus eius est velle, & nolle; diligere, & odire; Obiectum vero ipsius, bonum, & malum apparent. Verum qui vellet profundius fodere, posset rationabiliter querere, Nunquid v. D. terque actus prædictus, scilicet velle, & nolle sit, æquum primus, & proprius voluntatis quod non videtur. Quia omnis potentia una sicut habet essentialia & formam unam, ita finem, per se operationem & operationem unam, sicutem primam & maxime propriam & essentialiem. Si autem illi duo actus non sunt æquum primi, & proprii voluntatis, vel unus eorum reducitur ad alterum, vel ambob ad tertium, qui est primus & propriissimus actus eius; virtute cuius alii ei insunt, iuxta præmissa, secundo primi. Sed nullus videtur actus voluntatis prior naturaliter velle, & nolle; diligere & odire; aut magis proprius voluntatis. Simili quoque modo potest inquire de obiecto primo & propriissimo voluntatis. An illud sit bonum vel malum, vel aliquid tertium, quod est neutrum. Videtur igitur, quod breviter posset dici, quod actus primus & propriissimus voluntatis est, velle obiectum suum primum & propriissimum, quod est bonum, & quia vult bonum, ideo non vult malum, ideo odit malum, ideo sufficit malum. Bonum namque est naturaliter prius malo, sicut pater ex secundo, & 26. primi. Verum cum constet voluntatem velle bonum & nolle malum, inquirendum vltius: An posset scienter velle malum, & neutrum aliquid, scilicet, quod nec apparet sibi bonum nec malum. Ego prout quod sic: et si non per se, cum magno tamen bono coniuncto: putat si quis non haberet a magnum bonum nisi cum illo, vel prius haberet a paruum malum; posset velle a malum, et si non per se, nec propter se, ut tamen per illud, consequeretur a bonum; sicut, adhuc iuxta præmissa, primo & principaliter velle bonum; immo & quodammodo ad modum loquendi multorum, nihil aliud veller, quæ bonum, sicut patet 26. primi, & idem est de

A est de neutro. Amplius autem ex istis potest & alia quæstio suboritur; Nunquid videlicet voluntas possit scienter velle per se purum malum? quod feliciter apparet ei omnibus modis malum? nec habeens aliquod bonum aliquo modo coniunctum subsequens vel precedens? nec etiam ipsa voluntas apparet sibi bona, sed etiam omnibus modis mala? Quibusdam autem videtur quod sic, quia alia voluntas non haberet plenariam libertatem. Oppositum tamen huius videtur consequi ex præmissis: Si namque bonum sit obiectum primum & proprium voluntatis, & velle bonum primum & proprius actus eius; non potest quicquam velle nisi virtute istorum, & finaliter propter bonum. Item natura humana proposito sibi malo horre & refugit, licet fortassis delectabile & vtile concipiat, sicut cuiuslibet animalium in sensu, nisi quis fuerit forsitan manichæus, animam essentialiter malam habens, & essentialiter tenebrosum, ab essentialiter malo Deo & Principe tenebrarum contra i. Eccl. 6. Item per 26. primi quilibet res est bona, quare & experientia generali monstrante videmus, quod omnes res naturales, inanimatae, animalia, insensibiles, sensibiles, & irrationales appetentes bonum, & fugientes malum; qua ergo irrationali ratione sola res rationalis que irrationalibus cunctis praeficit, appetet & diligit sibi malum, & odiet ac fugit sibi bonum? Si etiam per 26. primi, qualibet res naturalis sit bona, & quilibet actus eius, & quicquid est positum in ea; quomodo potest aliqua res naturalis amare per se aliquid quod apparet omnibus modis malum, & nullo penitus modo bonum, nec bono coniunctum cum omni amicitia sive amor scoperit ratione similitudinis & convenientie aliqualis, & nonquam ratione dissimilitudinis, aut contrarieatis perfectæ, sicut universalis experientia mani estat: Quis vñquam hominum, hominem sibi per omnia contrarium & aduersum, inimicantem, infidiantem, nocentemque in omnibus, nec vñquam prodesse volentes aut valentem propter hoc ipsum dilexit? & non potius odio habuit? vel si cum nequam odio habuit, sed dilexit, hoc fecit forsitan propter virtutem patientie acquirendam, iuxta firmam, sicut legitur apud multis de Socrate Philosopho, quod ideo duxit Xantippe Calpurniam contentiousim in uxorem. Vel forte hoc fecit propter meritum & præmium augmentandum: vel propter Deum qui præcepit diligere inimicos, & sic per se & finaliter dilexit bonum, & malum huiusmodi finaliter propter bonum. Quare & dicit Boetius primo Musicae in prologo; Amica est similitudo, dissimilitudo odiosa, atque contraria; gaudet enim genit modis, morum similitudine. Neque enim fieri potest, ut mollia duris, dura mollioribus adueniantur, aut gaudent, quia amorem delegationemque similitudo conciliat. Quod & multi antiqui Philosophi contestantur, ut patet 8. Ethic. 1. dicentes; Similem ad similem; ut Koloym, ad Koloym, & quod simile simile appetit. Quare & vulgariter dicitur;

*Esi & semper eris, simili similem sibi geris.*

Vnde & Ecclesiast. 13. Omne animal diligit simile sibi: sic & Omnis homo proximum sibi; Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur. Item si quis

B potest velle & diligere per se malum, potest & aliquem diligere propter puram malitiam, & alius eum simili modo est contra, sicut est amicitia inter eos solummodo propter malum, siue vello respectu ad bonum, quod est contra Aristotelem 8. Ethic. 2. contra Tullium de Amicitia, contra Senecam de Beneficiis: ito & universaliter contra omnes Philosophicos & Theologicos de Amicitia pertractantes; qui omnes dicunt concorditer causam amicitie esse bonum. Quare & Aristoteles vbi prius, volebat considerare de Amicitia, & speciebus ipsius; De ipsis, inquit, sicut maiori est cognito amabilis; videtur enim non omne amari, sed amabile, hoc autem esse bonum, scilicet honestum vel delectabile, vel vtile: Videbitur autem vtile esse per quod sit bonum aliquod vel delectatio; quare amabilia vtile erunt & bonum, & delectabile, & fines. Vbi & statim quererendo sic ait: Vtrum ergo bonum amant, vel quod appetit bonum. Dissonant enim quandoque haec & respondendo subiungit: Videatur autem & quod ipsi bonum amare vñquisque; & est simpliciter, quod bonum, amabile: vñcuique

E autem, quod vñcuique. Amat autem vñquisque non ens ipsi bonum sed appetens, & iusta 3. Differunt autem haec, scilicet una bona amabilita supradicta adiuvicem specie, & emulations, ergo & amicitiae æquales numero unibilis. Item, si quid sit desideratum & amatum per se quia tale, quanto magis fuerit tale, tanto erit desiderium & amabilitus, ut patet de bono honesto, delectabili, & vtili manifeste. Patet etiam ex consideratione Philosophi, secundo Topic. de magis & minus, ut si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonum. Dicitque Auerroes super duodecimum Metaphysicorum, com. 36. quod primò affectatum est bonum, & cum quanto magis aliquid estimatum fuerit magis bonum, tanto desiderium erit maius. Si ergo purum malum sit per se desideratum, maius magis desiderabitur, & maximum maximè poterit summa miseria, quam tamén maxime fugeret omnis miser patiter & non miser.

Vnde & Augustinus Enchiridio 86. Nec, inquit, culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est: qua beata esse sic volumus, ut esse miser non solum innotescit, sed nequam velut proflus posimus. Item, malum ex ratione mali est odibile, & inimicabile cuiuscumque; & non videtur quod idem sub eadem ratione omnino, eidem non aliter sed similiter omnino disposito possit esse odibile, inimicabile; seu edibile, inimicum & etiam amabile, amicabile, omatum sive amicum, & maxime summae tale, & etiam summatale. Item omnianabile, seu amabile, & praecepit propter se tantum est finis, vel in ratione finis se habet, sicut cuiuslibet animus in se sentit; quod etiam testatur Autoritas Philosophi 8. Eth. 2. pyramidis, & alias autoritates quamplures. Finis autem praesertim ultimus, & propter se solidi desiderans est bonum, vel apparenbonum, & sub ratione boni se habet, sicut omnes Philosophi tractantes de caelis concorditer testantur. Item, simili ratione, quia quis potest diligere purum malum, potest & odire similiter purum bonum quia feliciter purum bonum, bonum feliciter quod esset sibi omnibus modis bonum utile, delectabile & honestum, & nullo penitus modo malum, [sic] aliquod malum] habens annexum; ita etiam quod per illud odium nullum aliud bonum acquireret, nec malum excidaret, quod alias eminaret: Quare & potest quis odire bonum quodlibet, quia bonum; & maius magis, & unaximum maximè, puta felicitatem & Deum; cuius contrarium cuiuslibet animus experitur, & multiplex ratio manifestat. Multiplex queque autoritas Philosophica, & Theologica artestur nullum posse velle per se aut appetere purum malum; sed in omnibus suis operibus apperere semper bonum, vel falso apparen aliquo modo bonum, vultus feliciter, delectabile & honestum. Vnde Philosophus 1. Eth. 1. Omnis, inquit ars, & omnis doctrina similiter autem & actus, & electio bonum quoddam appetere videatur; ideo bene enuntiauerunt bonum, quod omnia appetunt. Et infra 17. Manifestum quoniam est felicitas honorabilium & perfectorum; videatur autem ira habere, & propter esse principium: Huius enim gratia reliqua omnia omnes operantur. Cui & concorditer Augustinus 8. de Civit. Dei 8. Est, inquit, Philosophus pars moralis, quam Graeco vocabulo dicit Ethicus, vbi queritur de summo bono, quo referentes omnia, que agimus, & quod non propter aliud, sed propter se ipsum appetentes, sive adiutorientes, nihil que beati simus vltius requiramus. Ideo quippe & sibi est dictus, quia propter hunc & cetera volumus, ipsum autem non nisi propter ipsum. Qui & 13. de Trin. 5. Vetus est, inquit, quod omnes homines esse beati volunt, idque vnum ardenterissimo amore appetunt, & propter hoc cetera queque appetunt, & supra eiusdem 3. Si quis diceret, Omnes beati esse vultus, & miseri esse non vultus diceret aliquid, quod nullus in sua non cognoscet voluntate. Quocuid enim aliud quiskquam latenter velit, ab hac voluntate que omnibus & in omnibus satis nota est, non recedit. Qui & super illud Psalmi 32. Beata gens cuius est Dominus. Deus eius, tractatu 3. Amant, inquit, omnes beatitudinem, & ideo peruersi sunt homines, quia mali volunt esse, miseri volunt; & cum sit malitia individua comes miseria, quid est, ideo volunt mali esse ne miseri sint? Considerate paululum hoc in omnibus hominibus qui mala faciunt, beati esse semper volunt: Furtum facit; queris quare propter famam, propter necessitatem; Ergo ne miseri sit malus est, & ideo misericordia est quia malus est. Depellendae ergo misericordiae causa, & acquirendae beatitudinis causa, faciunt omnes homines, quicquid vel boni faciunt, vel mali. Quare & Boetius 3. de Conf. Philosophia, prosa 2. Omnis, inquit, mortalium circa quam multipliciter studiorum labor exercet, diverso quidem calle procedit, sed ad unum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Anselmus quoque de casu Diaboli 22. & post, pro manifesto scapponit quod malus Angelus non potuit velle unde miser esset, qui accepit inseparabiliter velle vt beatus esset. Amplius autem Philosophus 1. Polit. 1. Eius, inquit, quod videatur boni gratia, omnia operantur omnes; manifestum quod omnes bonum aliquod concipiatur. Et 3. Eth. 10. supponit quod voluntas est respectu alius finis, & opinione duplice recitata, una quod sit respectu per se boni, & altera quod sit respectu apparentis boni; secundum propriam opinionem subiungit dicendum simpliciter quidem & secundum veritatem voluntabili esse per se bonum, variaque autem quod videtur. Et 2. Phys. 31. dicit quod causa finalis est bonum aliorum, quia enim est cuius causa, porissima est, (&) finis aliorum vult esse, differt autem nihil eisdem dicere bonum, vel videtur bonum. Qui & 5. Met. 3. sub verbis parum distantibus dicit idem, & 3. de Anima 51. dicit quod appetibile est bonum aut apparet bonum. Avicenna quoque 8. Met. 6. dicit Bonitatem desiderat omnino quicquid est; illud autem quod desiderat omnino res est esse, & perfectio in esse; in quam est esse, & esse est bonitas pura & perfectio pura, & omnino bonitas est id quod desiderat omnis res iuxta modulum suum, quoniam per eam perficitur eius esse. Quare & Boetius 3. de Conf-

A Conf. Philosophie prosa 10. Omnium, inquit, experendorum summa atque causa bonum est: Quod enim nec re, nec similitudine vilium in se rectius bonum, id experto nullo modo potest contrarie etiam quia natura bona non sunt, tamen si esse videantur, quasi vera bona sint, appetuntur: quo fit vi summa, cardo, atque causa experendorum omnium bonitas esse creditur iure. Cuius vero causa quid expetitur, id maximè videtur optari; veluti salutis causa quipiam velit equitare, non tam equitandi motum desiderat, quam salutis effectum. Cum igitur boni causae omnia petantur, non illa potius, quam bonum ipsum, desiderantur ab omnibus; sed propter quod certa optantur, beatitudinem esse concessimus; quare sic quoque sola queritur beatitudo. Dionysius quoque de divinis nominibus 4. sic ait: Existentia pulchrum & bonum desiderant, & omnia quaecunque faciunt, propter hoc, quod videtur bonum faciunt; & omnis existentium intentio principium habet & finem bonum. Nihil enim ad malum naturam respiciens facit. Et infra, Boni gratia sunt omnia, & quaeunque bona, & quaeunque contraria, etenim ista faciunt bonum confidantibus; Nullus enim ad malum respiciens facit quae facit. Cui & concorditer Augustinus in quest. super lib. Numerorum Angustinus 2. 3. expensis illud verbum, peccatum nolentium, sic ait: Omnes qui pro homines qui scientes faciunt quod non licet, vellet licere, vltus adeo ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter hoc quod ex eo consequitur. Dicique Petrus 2. sent. dist. 39. Petrus, quod superior scintilla rationis, quae etiam, vt ait Hieronymus, in Cain non potuit extingui, bonum semper vult & malum odit. Quod & testatur multe autoritates premissa 26. primi, aliae quoque Philosophica, & Theologica plures valde. Consequenter autem posset illigeri, An voluntas posset scienter nolle potuisse seu odire bonum. Et credo quod posset sicut per accidens, si videlicet nolendo & respondendo aliquod patrum bonum posset consequi aliquod malum bonum, vel vitare aliquod maius malum, sicut & potest velle malum vt superius dicitur. Hic autem posset queri vltius. An voluntas posset scienter nolle & odire per se primum bonum, quod felicitate appetatur, & quia apparet omnibus modis bonum: Et arguit quoddam quod sic; quia aliter voluntas non est libera omninoque: Sed istudflare non potest; Sicut enim prima ratio volubilis & amabilis est bonum vel apparenbonum, vt premissa testantur, ita nolabilis & odibilis, malum, vel apparenmalum; contrariorum namque sunt contraria rationes: Non potest igitur quis nolle per se, quod non apparet aliquo modo malum, in honore felicitate, inutile, neque tristis. Videatur quoque etiam possibile diligere per se malum, & odire per se bonum, quia felicitate purum bonum, sed hoc non est possibile sicut superius est ostensum, quere nec istud. Post hac autem rationabiliter inquirendum; Nunquid voluntas possit non velle purum bonum sibi oblatum. Si enim non possit, cum non sit in potestate ipsius quid & quando sibi apparet purum bonum, non est in potestate sua quid aut quando velit, quare nec quid faciat dicente Philosopho 9. Metaphys. 10. Potens secundum rationem omne necesse quando desiderat, cuius habet potentiam, & vt habet, hoc facere, qui & 5. Polit. 7. & 2. Rhetor. 24. dicit hoc idem, sed hoc libertatem destruet voluntatis, quam proximum constituebat. Si autem posset non velle purum bonum sibi oblatum, & per premissa necesse est quod non nolit illud, nec odiet, potest ergo nullum actum habere circa illud obiectum, quare & simili ratione circa vnum aliud obiectum, & aliud, & circa quodcumque, & ita penitus otari per tempus, & tempus quodcumque cuius oppositum sentire videatur. Item tunc causa sufficienter disposita ad agendum, posset una vice agere, & alia non agere, stante eadem dispositione praeceps, quod videntur contrarium rationi, cum nulla sit ratio potior cur agat aut quiescat una vice, quam alia. Pro his autem sciendum quod velle & nolle quandoque accipitur pro actu rationali voluntatis, quandoque vero pro actu naturali, scilicet pro concupiscentia vel ira, qui sunt motus virtutis coacupiscibilis, & irascibilis irrationalis; Primo modo loquendo, velle & nolle est liberum, & in hominis libera potestate, sicut ex proximo huius patet; sicutque potest voluntas circa aliquod purum bonum sibi oblatum neque elicere velle, nec nolle, sed penitus otari; potestque eadem voluntas, eodem modo praeceps disposita alias illud velle. Hoc enim evidenter apparet ex differentia inter potentiam rationalem & irrationalem 9. Metaphys. 10. rationabiliter absignata, sicut 34<sup>a</sup> pars Corollarii primi, prima plenius manifestat. Secunda autem modo loquendo velle & nolle non est liberum, nec in hominis, sicut nec in bestie libera potestate, sed necessarium necessitate naturali, & frequenter in uitum, sicut nimis certitudinaliter & frequenter dolentes & gementes cum sanctis apostolo experimentur. Sunt tamen hi motus quodammodo in hominis potestate, quatenus scilicet habet virtutem rationalem superiorem, qua potest ei resistere, eos reprimere & plurimum refrenare, quam quia non habent bestiae, non sic possunt. Quod bene aduentens Philos. 1. Eth. vlt. distinguens multipliciter species & potentias animarum irrationalia.

Quæstio 7.

Quæstio 8.

Responso.

Quæstio 9.

Responso.

Quæstio 10.

Responso.

irrationalis, inquit; hæc quidem assimilatur communis & plantatiuo; dico autem causam eius A quod est nutrit & augeri; videtur utique & alia quedam natura anima irrationalis esse, participans quidem aliquatenus ratione; Incontinentis enim & continentis rationem habens laudamus, rectè enim & ad optimam deprecatur ratio; videtur autem in ipsis aliud præter rationem innatum, quod aduersatur & obviat rationi. Finitime enim: quemadmodum dissolutus corporis particula, in dextrum præcipientem mouere, in sinistrum præferuntur, & in anima sic; ad contraria enim motus incontinentium. Sed in corporalibus quidem videmus, quod per se motum est; in anima vero non videmus. Fortassis autem nihil minus in anima existimandum aliquid esse præter rationem, contrarians huic & obuians; qualiter autem alterum, nihil differt. Ratione autem & hoc videtur participare quemadmodum diximus. Obeditur igitur rationi quod continentis; Amplius autem possit subiectus est quod sobrium & fortis; Omnia enim consonant rationi. Videtur utique & irrationalis duplex; plantatiuum, quedam enim nequaquam communicat ratione; Concupisibile vero & vniuersaliter appetibile partcipat aliquatenus secundum quod exaudibile est ei, & ob audibile; Ita utique & patris & amicorum dicimus habere rationem, & non quemadmodum Mathematicorum. Quoniam autem, suadetur aliquatenus a ratione irrationali, nunciat & tuatio, & omnis increpatio & deprecationis si autem oportet & hoc dicere rationem habere, duplex erit & rationem habens, hoc quidem principaliter & in seipso, hoc autem quemadmodum a patre audibile aliquid. Simili quoque modo posset inquiri; Nunquid voluntas possit non nolle purum malum sibi oblatum, ad quod & potest similiter argui, & similiter responderi. Amplius autem posset quis querere consequenter, Nunquid voluntas possit velle, & nolle quocunq; suum obiectum sub quocunq; gradu, cum non sibi reflectentia qualiscunque. Sed cum sit determinata entitas, videtur similiter determinata actitatis. Alter etiam qui diligenter quipiam secundum ultimum sui posse, diligenter illud sub gradu infinito simpliciter intensius contra prius ostensa parte 40<sup>o</sup>. Corollarij primi, primi. Adhuc fortassis quereretur; Nunquid de essentia liberi arbitrii sit naturaliter libertas, seu possibilis contradictionis, & hoc respectu cuiuslibet actus sui. Hoc enim videtur ex significato nominis importari. Oppositum tamen est certum, de liberto arbitrio Dei quo diligeret se, quo qualibet personarum diuinarum diligit qualilibet aliam. & scipiam, sicut per primam suppositionem potest ostendti. Amplius autem & iuxta istud velutius queri potest; Nunquid liberum arbitrium, quod de se naturaliter est contradictionis, semper liberè secundum contradictionem possit in oppositum cuiuslibet actus sui; hoc enim videtur in significato nominis contineri. Oportet tamen distinguere tempora & liberi arbitrij qualitates: Pro tempore namque & qualitate beatitudinis continuata non potest, sicut ratio beatitudinis confirmata demonstrat, & omnes Doctores Catholicæ vnae inveniuntur contestantur. Pro tempore vero & qualitate vite, potest in oppositum privatae non agere, scilicet, talem actum, non tamen semper potest in oppositum positiue, in actum scilicet contrarium positivum respectu cuiuscunque obiecti, sicut præcedentia manifestauit.

## C O R O L L A R I V M.

*Corollarium, quod non ideo dicitur liberum Arbitrium, quia libere potest velle & nolle quocunque, sed quia libere potest velle quocunque obiectum suum volubile, & nolle quocunque obiectum suum nolubile.*

**E**X his autem reputo manifestum, quod non ideo dicitur liberum arbitrium, quia libere potest velle, & nolle quocunque, sed quia libere potest velle quocunque obiectum suum volubile, & nolle quocunque obiectum suum nolubile; sicut si vis esset potentia libera, non ideo tamen posset videre sonum, & invisibilia cætera, sed visibilia sua tantum. Nec ideo dicitur liberum, quia libere potest velle aut nolle quocunque suum obiectum quocunque modo, sicut præcedentia docuerunt, sed modo potentia sua apio. Nec ideo dicitur liberum arbitrium quia libere potest in oppositum cuiuslibet actus sui, vt præmissa demonstrant, sed quia ex ratione libri arbitrio sive iudicio spontaneè illum agit, sicut primum huius ostendit. Nec ideo dicitur liberum arbitrium quia libere potest benefacere & peccare, sicut ex præmissis con sequitur eideatur, sed propter causam proxime assignatam.

## C A P.

## C A P. 3.

## De causa Dei.

449

A

## C A P. III.

*Quod nulla causa inferior potest necessitare voluntatem creatam ad rationalem & liberum actum suum ad meritum propriè, vel peccatum.*

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

III

IV

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

II agit

Augustinus

Haly  
II nec &

II tunc

materiali & indivisiibili ; si materiali illa necessariò est irrationalis , & imperfecti or anima hominis immateriali & rationali , sicut plutima Philosophia testatur : quare & ipsa imperfectiora hominibus . Talis insuper anima in sphera coelesti vel stella Philosophice reprobatur . Si autem dicitur animata anima rationali puto intelligentia , adhuc non virat : Non enim agunt in inferiora & homines per animam illam immediatè , cùm ipsa sit tantum in celo ; sed tantum per aliquam virtutem materialē & irrationalē defluentem ab eis in medium & in homines animasque humanas , puto per lumen , vel motum , ipsam quoque intelligentia , eti effici immidiata applicata ad animam hominis , non posset eam necessitare ad velle , quia nec per suam solam substantiam , neque per aliquem suum actum : Non per solam suam substantiam , cum ipsa per se sit indifferens ad causandum velle , & nolle , & vnum velle & aliud : Nec per aliquem suum actum , cùm quilibet actus eius sit accidens , quare & imperfectior , inferior , & impotentior naturaliter anima hominis . Vnde etiam intelligentia non potest necessitare aliam ad volendum , quare nec hominem . Si etiam celum per huiusmodi animam posset necessitare hominem ad bonum ; ita & ad malum : Multi namque per quasdam stellas tam fortiter inclinantur ad malum , sicut alijs per alias inclinantur ad bonum , sicut & Angeli cùm nulli alijs sint in celo impellent homines ad peccatum . Quare & Augustinus 3. de libero arbitrio 19. probat , & tenet , quod neque libido , nec animus vitiosus , nec corpus , nec animus vel mens habens virtutem potest aliam mentem virtuosam ab arce virtutis despicere , & libidini subiugare ; & subdit , Quare illud restat ut respondeas ; si potes , utrum tibi videatur rationabili & sapienti mente quicquam esse praestantius . Nihil præter Deum arbitror ; & mea ista sententia est . Item tunc Angeli essent animæ ; Celum quoque posset , seu p. uissit merci , & peccare , saluari atque damnari , beatificari , & misericordiæ fieri , quare & est prolixus noster , & sic proximus ab hominibus diligendum . Sed hæc esse deliramenta & phantasmata vana quis Philosophorum , aut Theologorum , vulgariumque ignorat : Quare & Stephanus Parisiensis Episcopus damnavit articulam affirmantem , quod corporeæ celestia mouentur à principio intrinseco quod est Anima , & quod mouentur per animam & per virtutem appetituum , sicut animal ; & alium afferuentem quod anima coeli est intelligentia ; & cibos celestes non sunt instrumenta intelligentiarum sed organa , sicut auris , & oculus est instrumentum virtutis sensitivæ ; & alium afferuentem , quod natura quæ est principium motus in corporibus celestibus est intelligentia mouens ; error , inquietus , si intelligitur de natura intrinseca ; quæ est actus vel forma . Item experientia docet contrarium : Capta namque conceptione , vel nativitate alicuius optima vel pessima quoad mores , potest per parentes , per amicos per seipsum contrariè educari , & in contrariis moribus confirmari ; sicut posset , qui vellet , facilius experiri , multique Astrologi multipliciter sunt experti . Vnde Pater Philosophorum Hermes de Cœlo & mundo 9. agens de potestate Planarum super hominem à tempore conceptus usque ad tempus partus , & ab illo usque ad tempus mortis , sic ait : Hæc portulas naturalis æpta à primordio format & operatur , & naturam humanam non lego coactio- nis sed amicitia moderatur . Natura enī humana ex ipsa superiorum potestate nec talis , nec talis efficitur , sed aptitudinem naturalem & solam fortuit , vnde postmodum natura vel via qualitates vel actus tales vel tales potentius suscipit . Quare & dicit Ptolomæus in centi- logio verbo primo : Hæc indicia , quæ tibi trado , sunt inter necessarium & possibile , hoc est apud eum qui retum naturas , & stellarum opus considerat , & verbo 5. Astrologus optimus multum malum prohibere poterit , quod secundum stellas venturum est , cum eius naturam praescuerit , & verbo 95. Ferè semper accedit , ut id quod ascendit in omni facie harum figurarum , simile sit opere eius : Facies figurarum singulatum , id est , signorum singularium sunt tres secundum totidem denarios gratiænum distributa . Super quod Haly in commento sic ait . Figura quæ ascendit cum faciebus scriptis sunt in Dazange , II nec non & Indi commendant eas , & alijs indicij præferunt . Ego quippe vidi quosdam qui indi- cabant per illas in his quæ accidunt , & noui etiam quandam , cuius nativitas Ascendens fuit prima facies Aries , & plures signatores eius in terminis Saturni . Erantque indumenta eius splendida & munda , bene redolentia & ipse splendide viuebat . Accidit autem quod una die dum sederem cum eo , erat enim mihi familiaris , dixi ei : Hæc quidam indumenta signatoribus suis sunt contraria ; & ille ait . Quicquid vides , ego facio propter oculos homini ; & si denudarem tibi desiderium meum , addisceres quod valde nitor contra voluntatem animi mei , & quod sum in maximo labore : Et ego dixi ei : Nullum est dedecus id operari , quod eius natura exquirat , sed tunc est maximum dedecus , cùm mala consuetudo naturam superat , & ipsa mihi dixit , Nillego ago quod meo sedeat animo ! nunc qui- dem

A dem appeto ut amplectetur nigrum aliquam vel aliquem nigrum cum qua forem incolitus in guadagna alba de pilis hircinis texra ; & ut incerem cum eo per noctem : sed tamen Deus semper abhortui coitum virilem , & licer hoc appetam , nolo tamen regulare voluntatem animi mei propter milites meos , & homines circumstantes ; & hoc probat viam indiciorum , quia in prima facie Aries ascendunt quædani , quorum unum est vir niger incolitus guadagna alba . Item omnes Doctores Catholicæ reprobant fatum stellicum seu stellatum , præterit si necessitatem importet , sicut vicelimum octauum priuati aliquiliter recitauit . Quare & Stephanus Parisiensis Episcopus damnauit articulam affirmantem , quod voluntas nostra subiacet potestati corporum supracoelestium , & alium afferentem quod voluntas & intellectus non mouentur in actu per se , sed per causam sempiternam , scilicet per corpora coelestia ; & alium afferentem , quod orbis est causa voluntatis Medicis viset , & alios similes istis multis . Amplius autem si voluntas humana posset necessitari ad libenter . B rum actum suum per aliquam causam secundam , videtur quod per vehementem temptationem , hoc posset : sed quantacunque sit tentatio , tanta posset esse incitatio per stellas , & virtutes celestes , cùm sit certissimum quod multum incitent homines & inclinant , & incitatio nulla per stellas potest necessitare voluntatem humanam , sicut superius est ostensum . Item quantum aliqua temptatio excitat , tantum potest & aliqua dispositio in corpore , ex stellis & complexis resulzans : sed istud convincitur esse falsum per experientiam ab Haly superioris recitatu ; potest quoque concipi per experientiam de Hypocrate in secreto se- cretorum 4. partis 1. ab Aristotele recitatum , vbi sic scribit : Discipuli Hypocritæ sapientis depinxerunt forenam eius in Pergameno , & portauerunt eam Philimon dicens ; con- sidera hanc figuram , & indica nobis qualitatem complexionis eius ; qui respiciens compo- sitionem & dispositionem figurae comparauit partes eius dicens : Iste homo luxuriosus est , deceptor , amans coitum ; ob quam rem voluerunt : cum interficere , dicentes ; O stulte , hec C est figura dignioris & melioris hominis qui sit in hoc mundo . Philimon autem pacificauit eos , & correcit dicens , hæc est figura sapientis equidera , sed hæc quæ quasi suis de mea scientia , ostendi vobis , & quid inde sentio secundum ipsam . Quando ergo peruenierunt ad Hypocratem , dixerunt ei quid fecerunt , & quid responderet eis Philimon & indicium , quibus dixit Hypocrates , certe verum dixit Philimon , non pretermisit unam literam . Veruntamen ex quo ego respxi & consideravi hæc turpia esse & reprobanda , constitui animam meam regere supra ipsa ; & retraxi eam ab ijs , & triumphavi super tentatione con- cupiscentie meæ . Hæc est itaque laus & sapientia Hypocritæ : quia Philosophia nihil aliud est quam abstinentia , & victoria concupiscentium . Quare & Aristoteles in libro Ethicæ quasi per totum , Plato , Socrates , Seneca , & omnes Morales Philosophi in Philosophia sua Morali frequentiter ostendunt , frequentiusque supponunt , bene operari & male , virtutes & vita esse in hominis libera potestate ; quod & Autor humanæ naturæ in institutione ipsius evidenter exprefcit . Quando namque Cain iratus fuerat vehementer in fratre suum Abel , Dominus dixit ei , Quare iratus es , & cur concidit facies tua ? Nonne si bene egitis , recipies ? si autem male statim peccatum in foribus aderit : sub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius . Quare & Augustinus 1. de libero arbitrio 18. Iam , inquit , & regnum humanae mentis , humanam esse sapientiam , & eam posse etiam non regnare competitum est ; & sequitur 19 . Putasne ista mente cui regnum in libidinæ externa lege concessum esse ? etiam libi- cognoscimus , potentiorum esse libidinem ? Ego enim nullo pacto puto : nec enim esset ordinis nativitatem vi impotentiiora potentioribus imperarent . Quare necesse arbitror esse , ut plus possit mens quam cupiditas , eo ipso quo cupiditati rectè iustæg; dominatur . Augustinus quoque de lib. arbitrii 5. probat diffusè nullam tentationem posse vincere voluntatem vnde & ait : Quis potest dicere voluntatem non esse liberam ad feruandam reitudinem , & liberam à tentatione & à peccato ? Si nulla tentatio potest illam nisi volentem auertere à reitudine ad pecca- tum , id est , ad volendum quod non debet . Cum ergo mentitur , non aliena mentitur potestate , sed sua . Nonne vides ex dictis cœsequi quod nulla tentatio potest vincere reitudinem voluntatem ? Nam si potest habet potestam vincendi , & sua potestate vincit ; sed hoc esse non potest , quod voluntas non nisi sua potestate vincitur ; quare nullatenus potest tentatio vincere rectâ voluntatem . Et cum dicitur , impropriè dicitur : non enim aliud intelligit quādum quod voluntas potest se subiungere tentationi . Et infra 7. Intellige , inquit , voluntate insuperabilem & nulla alia vi superabilem fortitudinem habere . Vides igitur quod cum homo habeam reitudinem voluntatis aliqua ingrue tentatione deferit , nulla vi aliena abstrahit , sed ipsa se conuerit . Si quis forsitan cogit similius esse de bestijs , ecce dissimilitudinem magnam valde . Bestiæ namq; naturali nectestate appetitum sequuntur delectabilia prosequendo , & tristia fugiendo ; homo

*Anselmus.* homo autem nulli necessitate subjicitur naturali. Quare & Anselmus de libero arbitrio § dy. A aiogizando sic scribit: [Quomodo non est libera voluntas, quia aliena potest sine suo ascen-  
tu subiiceret nos potest. Nonne simili ratione possumus dicere voluntatem equi esse liberam,  
qua non appetit carnis servit nisi volens? N. Non hic est similiter. In aequo namq; non ip-  
sa voluntas se subjicit, sed naturaliter subiecta semper necessitate appetitui carnis servit: in  
homine vero quando ipsa voluntas rea est, nec feruit, nec subiecta est cui non debet, nec ab  
ipsa restringitur illa vi aliena avertitur, nisi ipsa, cui non debet volens consentiat; quem con-  
fessum non naturaliter, nec ex necessitate sicut equus, sed ex se aperiè videtur habere. Am-  
plius autem duplex est temptationis per tristia, per delectabiles; per aduersas, per prosperas; & vni-  
uersaliter per malum timorem, & bonitatem. Hartum autem prima fortior est & maior. Qui-  
libet enim naturaliter plus horret & refugit triste malum, quam bonum delectabile concu-  
piscat, sicut tam in nobis, quam in bestijs experimur: Naturaliter enim magis videtur at-  
rebonum quod habemus, & timemus per triste malum auferri, quam desideremus bonum B  
non habatum, non dunt: nostrum. Quilibet namque naturaliter magis arat seipsum, &  
sua, quam appetat, vel amer non sua, cum non appetat aut amer naturaliter alia nisi prop-  
ter seipsum, sicut parat 39. primi. Quare & Philosophus 3. Ethic. 18. Dificilius, inquit,  
*Philosophus.* est trista sustinere, quam à delectabilibus abstinerere. Cui & concorditer Augustinus 83 Qua-  
*Augustinus.* stionum 36. Nemo est inquit, qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem.  
*subiicere.* Videmus enim quafdam immanissimas bestias idè maximè voluptibus absterreti, dolo-  
rum mero: Est ergo temptationis per tristia fortior alia, & hac humanam non potest. C. subigere  
voluntatem, quare nec illa. Quod autem hoc non possit humanam vincere voluntatem cui-  
denter appetit, quia fortissima temptationis huius speciei non potest voluntatem humanam sub-  
iicere, quare nulla. Fortissima namq; temptationis per tristia, est per mortem, per tentum per mor-  
tem tristissimam dicente Philosopho 3. Ethic. 14. quod fortis est circa terribilia maxima; Nullus enim magis sustinet pericula, terribilissimum autem mors. Sed hac humanam non supe-  
rat voluntatem: Quot enim fideles, hæc iici, & infideles potius elegentur & voluntari suffi-  
ciunt mortem durissimam, quam professionem, voluntatem, opérae mutarent, sicut his-  
torie plurimè contestantur: Quoretiam Gouiles Philoſophi viuendo moraliter, & secun-  
dum regulam honestatis temptationes fortissimas superarunt, & appetitus belligeros rationis  
imperio subiaguntur, sicut historia de vitis eorum conscripta lucidè manifestant: Amplius  
autem si aliqua causa secunda postea humanam subiicere voluntatem, hoc de diabolo pluri-  
mum videretur, cuius est permagna potestas, de qua Job. 41. Non est super terram potestas,  
qua comparetur ei, sed ipse non potest voluntatem hominis superare, sicut precedenter mani-  
festant, testaturq; August. 1. de libero arbitrio 19. superius allegatus. Nec etiam potest per-  
sistentiam suā solam voluntatem hominis superare, sicut de bonis Angelis superius monstrabat-  
ur; nec per aliquem actum suum; quia illeactus est alia temptationis; sed nulla temptationis po-  
test humanam vincere voluntatem: sicut iam proximo est ostendimus. Quanta etiam mala face-  
ret spiritus ille malus in mundo, si haberet dominium super hominum voluntates: Quo etiam  
viri & Feminae citius temptationibus inuestissimè resistunt, tam inter fideles, quam etiam  
infideles? Potest tamen rationabiliter obici contra dicta. Obiectum namq; delectabile, siue  
triste est aliquis virtus in mouendo voluntatem humanam ad volendum vel nolendum, &  
ipsa voluntas est virtus tantum finita in resistendo sicut in essendo, vel ergo minoris; aqua-  
lis, vel maioris; si minoris, necessariò superatur; si equalis vel maioris, augearur obiectum  
donec ut maioris potentie in moyendo quam voluntas humana in resistendo, vel capiatur  
aliquid obiectum tanto potentius voluntate humana, quanto ipse est potentior primo obiecto,  
& at illo necessitatibus ad volendum vel ad nolendum. Voluntas quoque humano resisten-  
do illeceb̄ patitur difficultatem, sicut nimis certè sa: ius experimur, sicut etiam Philosophi & Theologi contestantur: Diciterim Philosophus secundo Ethicorum 3. Dificilius  
esse voluntari pugnare, quam irz; circa difficilius autem temperarsit & virtus. Et ter-  
tio Ethicorum secundo. Est inquit, difficile quandoque ludicare quale pro quali eligendum, &  
quid pro quo sustinendum; adhuc autem difficilius immorati II cogniti; vt enim multum est,  
qua quidem expectant trista, qua autem coguntur, turpia. Et in ista 8. Dificilius est  
trista sustinere, quam à delectabilibus abstinerere. Et Anselmus de libero arbitrio §. dicit,  
quod difficile est non mensi propter mortem vitandum. Et 6. dicit quod difficile est nobis  
seruire restringendam voluntatis, cum temptationibus consentimus, quod etiam tam ipse,  
quam alij sibi atestantur. Quare & morales Philosophi & Theologici ac Canonicae concorditer  
concedunt, quod quantitas temptationis maior vel minor minuit, vel augmentat, allevat  
vel aggravat culpam consentientis, & penam. Cum ergo voluntas humana resistendo illece-

A illeceb̄ difficultatem aliquam patiuntur, & sit tamen finita potentia sicut & essentia, tam  
potest esse illeceb̄, & tantum difficultatem causare, quod voluntas humana illata non  
valeat superare, sed necessariò ei erit. Item obiectum delectabile & triste irresistibiliter su-  
perat voluntates parvularum, motionum, furiosorum, & perfectè fortis ebriosorum; sed vo-  
luntas adulorum bene disposita non est infinitè potenter efficiat nec accidentaliter vo-  
luntatibus praedictorum, potest ergo ab obiecto aliquo superare. Constat quoque volunt-  
atem sicut & voluntatem furiosi vel alterius similis esse efficiat & naturaliter & qui potentes;  
Illa quoque passio in corpore furioso cum obiecto extrinsecō est finita potentia ad mouen-  
dum. Si ergo tentatio vel obiectum quodcumque tam potens sanam lani moueat volunt-  
atem ipsam necessariò superabit proprie & qualitatem proportionis hinc indē. Item beatissime ne-  
cessitatur ab obiectis, & homo non est infinitè fortior bestia, potest ergo & ipse ab aliquo  
obiecto necessitari similiter ad volendum. Item beatitudino finalis est aliqua creatura, & ipsa  
necessitat voluntate beatitudinem beatum ad beatificum aeternum suum, & ad non peccandum: Ipsa enim  
ratio beatitudinis perfectè convincit; tenetque omnes Doctores concorditer quod beatus  
perfectè & finaliter confirmatus non potest miseri fieri aut peccare. Item aliqua fortis tenta-  
tionis potest superare tentatum, & facit quandoque sicut multi se dicunt esse expertos. Vnde  
Philosophus 7. Eth. 7. Non, inquit, si quis a fortibus, & superexcellentibus delectationi-  
bus vincitur vel tristis, ad mirabile, sed condonabile, si contrahendens quantummodum  
contineat tentare risum repente effundunt. Quid benè videtur exprefisse Apostolus, i. ad  
Cor. 10. Fidelis inquiens Deus est, qui non patietur vos tentari super illud quod potestis. II. id.  
sed facit cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. Quare & Anselmus de li-  
bero arbitrio, 6. in persona discipuli; Non possum inquit, dissimulare quandam impotentiam  
esse in voluntate, quam ferè omnes experimur; cum tentationis violentia superaramur.  
Menetq; August. de vera & falsa penitentia 14. quod penitentes consideret quanta virtus fue-  
rit impugnatione. Sunt qui non solum non vincuntur, sed ultra peccato se offerunt, nec expe-  
tent tentationem, sed praeveniunt voluntatem. Hac quoq; autoritas Augustini allegatur de  
penitentia, Dist. 5. Considereret & 4. Sent. Petri, Dist. 1. 6. Gregorius quoq; 2. Moral. 8. super  
illud Job 1. Ecce inuicta qua habet in manu tua sunt, tentum in cum ne extendas manum tu-  
am. Consideranda est, inquit, in verbis Domini dispensatio sancte pietatis: quomodo hostem  
nostrum permittit, & retinet, relaxat & refrebat; alia ad tentandum dat, sed ab alijs religat; vi-  
niuersa qua habet, in manu tua sunt; tunc in cum ne extendas manum tuam; substantiam  
perdit, sed tamen corpus protegit, quod quidem postmodum tentatori traditur est. Sed ta-  
men non simul ad omnia relaxat hostem, ne vndiq; fericas frangat eum: Mala enim cum mul-  
ta electis cueniant, mira conditoris gratia ex tempore dispensantur, ut que coacturata perime-  
reant, possint diuina tolerari. Hinc Paulus ait, Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra  
quā potestis, sed facit cum tentatione etiam exitū, ut possitis sustinere. Hinc David ait: Proba  
D Domine & tenta me, ac si aperte dicat, prius vires inspice, & tunc ut ferre valeo, tentari me  
permittit. Qui & 3. Mot. 2. super illud Job. 2. Ecce in manu tua est, verum tamen animatum illius  
serua; Ecce, inquit iterum permissionem verberis, comitatur custodia protectionis, & electum  
suum diuina dispensatio custodiendo deserit, & deserendo custodit; alia II primus prodit, alia  
protagit: Si enim totum Job desererer in manu tanti aduersarij, homo quid esset? In ipsa ergo  
sufficiens permissionis, permissum est quaedam libra pietatis, quatenus in uno eodemq; certamine  
& seruus humili expressione proficiat, & hostis superbens ex permissione succumbat. Qui e-  
tiam 34. Mot. 1. 6. super illud Job. 41. Non est super terram potestas qua comparetur ei, sic ait,  
potestas eius super terram cunctis eminentior perhibetur, quia eti actionis iure merito in-  
fra homines cecidit, omne tamen hominum genus natura Angelica conditione transecdit:  
Quamvis enim interna felicitas beatitudinem perdidit, nature sua tamen magnitudinem  
non amisit, cuius adhuc virtibus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum  
suorum delectatione subiaceat. Aliquis etiam timore vnius magni mali, puta mortis immi-  
nentis, nisi forsitan mentatur, ejiciat thesaurum aut merces in mare, aut aliquod horum mo-  
di faciat; compellit necessestis sic facere in hoc casu: Vnde Dan. 14. recitato modo  
Babylonii congregati aduersari Regem dixerunt, Trade nobis Daniel, alioquin interficiemus te, & omnem tuam, subiungit; Vnde ergo Rex quod inquit in cum vehemen-  
ter, & necessitate compulsus tradidit eis Daniel: Quare & iura Civilia, & Canonica  
sanciunt multis locis, quod que vi mercuē caelā fuit, nulla debeant firmitate subsistere, sed  
in iurium reuocari. Quamobrem & Philosophus 3. Eth. 2. dicit, quod in aliquibus coactis  
fieri venia, quando propter hac operatur aliquis qua non oportet, qua humanam naturam  
excedunt, & nullus utique sustinaret. Ad hanc autem, si voluntas esset tam libera, possibile  
est

etiam scientia bonum non velle, & malum velle, eligere, facereque scienter, quod videtur contra Philosophum 3. Eth. 3. sic dicentes: Ignorat quidem etiam natus, quem oportet operari, & a quibus fugiendum, & propter tale peccatum iniusti & viuens faliter malitiantur. Qui & 7. Eth. 2. allegat a Socrate, nullum existimare operari praeceps optimum, sed propter ignorantiam. Qui & infra 3. distinguens de se, scilicet in visu seu actu, & in habitu; & in viuens falili, & in parte seu particulari, dicit quod scient in actu, seu in visu & in particulari, non potest agere que non oportet. Et infra eodem: Cum, inquit, visu sat ex ipsis, necessarium conclusum; ubi quidem (scilicet in speculativa) oportet dicere dulce, ut viuum, aut aliquod singularium; necessarium potenter, & non prohibicum simile hoc operari. Qui etiam de caula motus Animalium, qui est duodecimus de Animalibus secundum nouam translationem, diffusori processu idem ostendit. Item iudicium Astrologorum & similium Physionognomicorum & similium de moribus actibusque humanis, sunt vera & certa: Mores ergo & actus humani stellas & complexionem necessario conuantur.

8. Responsio 1<sup>o</sup>: Pro primo autem istorum, solvendo; secundum: Philosophos Naturales & Medicos,

sciendum quod delectatio cuiuscunque virtutis seu potentiae perceptuæ causatur ex conuenientia, & certa proportione, seu habituoe naturali obiecti delectabilis creari cum potentia delectante: cuiuscunque autem rei delectabilis creata ad quamcumque potentiam natam delectari in illa, est aliqua maxima conuenientia, & aliqua proportio seu habitudo conuenientissima naturalis, puta A delectabilis ad B potentiam liberam, C conuenientissima habitudo: A vero delectabili sub C gradu, potest B resistere, & II esse maioris virtutis in resistendo, quam illud in mouendo, sicut præcedentia manifestant. Quare A quantumlibet augmentato potest B resistere facilius tunc quam prius. Licer enim A sit delectabilis absolute, & fortius tunc quam prius & magis mortuum, non tamen respectu B, sed tuoc minus delectabiliter vel fortius indelectabiliter seu tristabiliter eam mouet proprie dissolutionem illius proportionis conuenientissime precedens. Huius autem rei exemplum conueniens est in visibili, & in visu: Certum est enim visum videre lucem, & hoc optimè ac delectabilissime in proportione ac conuenientia quadam certa, ultra quam vel circa si lux intendatur, vel remittatur, non ita bene videbitur, nec tantum delectationem causabit, sed fortassis tristitiam, quod & patet similiter in alijs sensibus & sensatis. Quare & evidenter appetit, quod tales arguitur sunt fallaces; hoc delectabile tantum mouet hunc hominem; ergo duplum in duplo plus, seu fortius, & quadruplum in quadruplo, & sic deinceps, proprie causam praedictam. Patet quoque in simili, quod forma arguendi non tenet, sicut nec *hac*, sphaera lumenosa maior tenebrosa illuminat incidenter medicatem ipsius & aliquam partem ultra, ergo sphaera lumenosa in duplo major priore, in duplo magis illuminat cibosferum, vel ultra *medicatem* tenebrose partem duplex respectu prioris, & quadrupliciter quadruplum; & ita deinceps; sic enim aliqua sphaera lumenosa finita aliam tenebrosam illuminaret secundum totam superficiem incidenter; quod qui vel atrium exterius Perspectiva paululum introspexit, vider clarissime falsum esse, & impossibile manifestum. Simile est de oculo vidente sphaeram maiorem oculum secundum aliquam sui partem in distantia certa data, quia in maiori distantia maior, scilicet maiorem partem videt de illa, & in maiori distantia semper maius, non tamen proportionatiter semper maius; sive enim in aliqua distantia certa data videret hemisphaerij eius totum, & in ulteriori distantia adhuc ultra, & ita in distantia aliqua totam superficiem talis sphaerae, quæ qui de perspectiva modicum quid perspexerit, perspicit impossibilis magna esse. Imò & patet clarissime, quod aquila talis fallit. Hoc delectabile tantu allicit, & mouet hunc hominem, ergo magis delectabile magis eum allicit atq; mouet. Si enim delectabile datum penatur in proportione conuenientissima ad mouendum hunc hominem, & per intentionem delectabilis solutum propatio, ministrum delectabiliter ipsum mouet, vel tunc forsitan indelectabiliter, immo & tristabiliter eum mouet. Ex quibus etiam patet similiter quod in hac proportione conuenientissima est difficultas maxima resistendi, quare & si per augmentum delectabilis solutum propatio, ministrum difficultas. De tristabiliter autem sicut de delectabiliter idem sentiendu. Patet ergo quod nullum delectabile tristabile vel creatum potest necessitare hominem ad volendum vel ad noleendum, præsertim quam diu liberum arbitrium manet sanum. Obiectio. Obiectio. II præmissa: Ad istud autem iuxta II priori dicendum videntur; quod sicut inter omnes gradus

A dus possibiles viaus speciei, est aliquis gradus maximè delectabilis & potentiae assignata, quia maximè proportionatus & conueniens in habituoe materiali; sic & aliqua species inter omnes species possibiles, propter similem rationem: neque istic repugnat omnipotenti Dei magnæ, tunc nec ei repugnat, quod *A* posito æquali, vel simili & perfecte, non potest ei quicquam æqualius aut similius fabricare. Adhuc autem potest & probabiliter obisci isto modo, viator potest proficere in merito & in gratia, in peccato, & in malitia ultra quemcumq; terminum assignatum. In quo namque instantia vita præsentis, in qua ætate, aut in quo termino figes rotem; quod & maximè apparet, si vita præfusa viatoris per eius potentiam, qui vita & mortis habet imperium, quantum voluntatis prolongetur, etiam ultra terminum naturalem, sicut de Enoch & Elia creditur factum esse: alioquin etiam redire hæresis Begardorum, Extra de hæreticis. Ad nostrum damnata: quia dixit quod homo in vita præsente tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere quod rediret penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: Nam ut dicunt, si quis semper posset proficere potest aliquis Christo perfectior inueniri. Et si homo posset proficere in merito & peccato, in gratia & in malitia ultra terminum gemitiberalis signatum, potest & in premio & in pena, in delectatione & afflictione, in letitia & in tristitia consequenter, cum Deus uniuersus secundum opera sua reddat. Adhuc autem creatura rationalis quæcumque est capacitas simpliciter infinita, & capax gratiae quantu[m]que. Ex quo namque haec creatura est gracie tanto capax, est & cuiuscunque maioris; cum maior quæcumque sit subtilior, perfectior & conuenientior in natura, nec maior gratia locum aut suum maiorem requirat, cur etiam non potest Deus omnipotens gradum maximam quam creavit in aliqua creatura rationali permagna, in aliqua minori creasse, & in asino, vel in ligno? Si insuper anima ista patua non sit capax gratie huius magnæ, Deus omnipotens ipsis Autor naturæ potest eam augere ut sit capax illius: Quodlibet enim finitum potest Deus omnipotens quantumlibet augmentare, & si anima qualibet sit capax gratie quantu[m]que, est & consequenter gloriet quantu[m]que, quare & delectationis quantilibet in præsente. Amplius autem qualibet anima rationalis & quilibet homo videtur habere in vita præsente bonitatem quodammodo infinitam intentiue, & etiam extensiue, videlicet numerose; innocentiam felicit, libertatem & immunitatem à peccato, quantilibet intensiue, & peccatis quantilibet & quodlibet numerose, etiam infinitis, quorum nullum committit, & quotum quodlibet, aut quæ omnia potuit committere, aut posset committere in futuro, præfusa si statu vita præsente quantumlibet prolongetur, etiam in æternum. Est ergo anima rationalis quæcumque capax bonitatis vel innocentie infinitæ simpliciter; quare & delectationis & gloria simili ratione. Anima namque rationalis sincera quæ immaculata calle transtulit ad celum, debet rationabiliter delectari, super vna innocentia sua, puritate, & libertate huiusmodi inuolata finaliter custodita, & super duabus magis, & hoc in duplo: cur enim angelus de hac quam de illa, maximè in ponantur æquales? Imò plus quam in duplo, si secunda sit maior quam prima, & correspondenter de tribus & de quatuor, ac deinceps, quare & de infinitis simpliciter infinitæ.

D Imò & quæcumque talis innocentia, libertas, & immunitas à peccato quæcumque videatur bonitas & eligibilitas simpliciter infinita. Est enim eligibilitas maioris quam quæcumque boni alijs naturæ, fortior, gratia, seu gloria positivis, vel etiam priuatis, cuiusmodi sunt privationes malorum, etiam infinitis & infinitis infinitis, quotrum non electio repulso, seu contemptus non includit peccatum, sicut ex trigesima parte Corollarii primi claret, quapropter, & delectationis correspondenter, proportionaliterque maiori: Quid enim magis delectare quæcumque nisi illud quod magis desiderat, & affectat? Vnde Philosophus 1. Ethic. 13. Vnicuique est delectabile ad quod dicitur amicus talium, ut puta equus quidem amanti equum, spectaculum autem amanti spectaculum: eodem autem modo & iusta amanti iustum, & ideo quod secundum virtutem amanti virtutem, quod & descriptio delicia contestatur, definiens delectabilissimum quo quis optat frui. Quare & Sapiens, Desiderium si compleatur, delectat animam, Parab.

decimo tertio: Propterea quicquid est finite capacitas potest satiari plenariæ aliquo bono finite; sed anima rationalis non sic potest: Quicunque namque bono habitis, aut quæcumque & quantu[m]que bonis habitis circa Deum simpliciter infinitum nequam finaliter quietatur, sed semper mias bonum & maius, & Deum maximum bonum possibile spiritus alijs concupiscit; imò & si Deus esset bonitus finite tantummodo non satiatur illo plenariè, sed appetere meliorem. Adhuc autem & omnis beatus in patria habebit claram scientiam omnium & distinctam; Alioquin posset falli, quod beatitudini perfecte repugnare videntur, quod & potest multis Catholicis testimonij confirmari. Ha-

*In conclusione  
modi C.  
muta.*

bebit

debit ergo omnis beatus in patria scientiam infinitam, quare & nunc omnis viator beatificandus, & universaliter omnis homo sit capax scientiae infinitae, & capacitatis simpliciter infinitae. Amplius autem specialiter Anima Christi est huius eritatis sicut apparuit ex 4a parte Corollatio prima, & 39. prima, & ipsa est & fuit capacitas infinitae simpliciter, scientiae, gratiae, & glorie: quare & quilibet alia. Ipsa enim habet, & semper habuit claram scientiam omnium: Dicit enim Lucas quod ipse puer sapientia plenus erat. Luc. 2. & Iohann. 3. non ad meus erat Deus spiritum, & cui alijs nisi Christo? quod & Doctores glossantes restatur: quod & Aoselius; 2. Cū Deus homo 13. per rationes, & Petrus 3. Sentent. distinet. 13. & 14. per Autoritates ostendunt. Has uero ergo Christus, & habet secundum animam, & scientiam infinitam, quare & gratiam & gloriam consequenter. Alioquin videatur quod Deus possit eum plenus praemire & beatificare perfectius; & per amplius quam si modo. Dicique Petrus 3. Sentent. distinet. 13. Christum, secundum Iohannem, tantum à conceptione accepisse sapientiam & gratiam plenitudinem, ut Deus ei plenus conferre posuerit. Ad hanc autem sub correctione maiorum, potest non improbabiliter responderi, distinctionibus aliquibus praebitus. Beatitudo quidem & gloria potest sumi pro beatitudine & gloria in etate, atque creata. Prima est Deus, quipsem, & beati beatificantur & glorificantur hec dispariter, ipsorum tantum, Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. Gen. 1. 5. Quare & Ecclesia tota roget. Tunc nostrum gaudium, qui es futurus premium, quod & iudicem præmissa in Corollatio prima, primi. Beatitudo, & gloria creata est aliquod bonum creatum simplex vel congregatum ex multis, à prima beatitudine & gloria derivatum, videlicet à Deo creatum. Gratia etiam seu charitas potest sumi similiiter biro modo, pro increata sciencie & creata, sicut 4. primi plenus declaratur. Proficer quoque in merito habet duplicum intellectum; vnum, quantum ad vim virtutem in merito, ita videlicet quod proficer fiat melior intensius; alterum quantum ad numerum meritorum. Et hanc est distinctio Petri 3. Sentent. distinet. 18. de merito capituli nostri Christi. Loquendo igitur de beatitudine, gloria, seu gratia in etate, est creatura rationalis capax quodammodo beatitudinis, gloria, & gratiae infinitae, Dei videlicet, qui est beatitudo, gloria, & gratia infinita, modo tamen finito, & dispari in diuersis, nec sic procedit obiectio contra dicta. Loquendo autem de beatitudine, gloria, gratia in etate, dicendum videtur iuxta præmissa; quod considerata mensura & gradu entitatis cuiuscunq; substantie rationalis creaturæ, est aliqua species gloriae, & gratiae, naturalissime, conuenientissime, & proportionalissime correspondens, & illius speciei aliqui certus gradus, & cur, sicut supra. Ad illud autem quod obiectum de viatore, quod potest proficer in merito, & in gratia ultra quilibet terminum assignatum, quantum ad profectum in gratia; præmissa respondet. Et similiter quantum ad capacitem gratiae quia siebat posterius argumentum. Sicut enim visus exterior est capax aliquius lucis, & speciei lemnis aut coloris & maioris ac maioris quantilibet sine fine, sicut aer & aqua, non tamen ad melius videndum, & melius inveniendum, sed cuilibet oculo est aliquis gradus conuenientissimus, & proportionalissimus quo optimè potest ut ad actum videndi, & de gustu similiiter respectu saporum & saporabilium specierum. Sic & aspectus & affectus interior videatur aliquo modo capax aliquius luminis gloriae & gratiae secundum essentiam ipsam rei, & maioris ac maioris quantumlibet, sicuti forsitan Asinus sive lignum, sicuti superius est argutum, non tamen ad maiorem & meliorem vsum, & maiorem & meliorem vterius infinitum. Sed cuicunque creature rationali est aliquis gradus luminis, gloria seu gratia conuenientissimus, proportionalissimus & aptissimus, ad videndum gustandumque Deum, Deum videlicet gratiæ diligendum, & beatificè perfruendum: Ad hos enim effectus indiget animalis lumine gloriae, & dono gratiae, teste Papa Clemente, Extra de hereticis vbi prius, & 39. prima. Tali ergo gradu gratia habito in præf. viatore quoconque, non potest vterius proficer in gratia, ita videlicet quod gratia eius vterius augetur, quanquam ista vita presentis quantumlibet conservetur, & talis videtur gradus gratiae, quem viator adulter in gratia constitutus, optimè se exercens toto tempore vita sua, per totum videlicet suum periodum naturalem in termino illius haberet, animare illius per totum tempus merito deputatum, quod secundum Petrum 2. Sent. dist. 5. & 11. est in Angelis usq; ad diem iudicii. Quamobrem & forsitan videatur, quod de animabus humanis haberet id dicere consequenter, vel aliquis gradus nouus Deo. Sed obiectum contraria: Viator habens gradum huiusmodi gratiae est optimè dispositus ad merendum, & si vita sua conservetur vterius multipliciter benefacere & mereri, quare & acquirere gratiam plenioram. Alioquin opportunata benefaciendi concessa, tantum sibi valeret quiescere, quantum optimè operari. Talis quoque potest peccare, & desiderare cadereque à gratia sua magna, quare & proficer in merito,

Note De A.  
nima ChristiLucas.  
Iohannes.

Petrus.

Rebordinus.  
Beatus.Gen. 15.  
Ezechiel.  
Reuinitio 2.Gratia &  
Charitas.  
Proficer in  
merito.Papa Cle-  
mentis.

Dicitur.

A merito, & in etate confidit. Alias autem reuter haec res respondit opera prestat. Pro his solueris non rationabilem utra potest, quod gratiam modi gratiae non habetur in vita praesenti secundum in etate communem, sed in termino huius vterii, vel in felicitate futura, & si ponas quod Deus taliter hominem miraculose confortet, potest vterius responderi quod Deus de cetero gratia est quod aliquid bonum meretur ab eo. Ita gradus praesenti terminum meritorum, ita quod opera huiusmodi hominis non sunt extuncta meritoria, sed potius premiatio & glorificationis operant, & aijs fructuosis, sicut ea de ppiis operibus beatorum perfecte (cujusmodi sunt ut creditur a quibusdam, Christus, Maria, Iohannes, & Angeli confirmati) que misericordia habentur. Vel aliter dici potest, quod talis potest proficer in merito quantum ad numerum meritorum, & ad merendum forsitan alii multa bona, sed non secundum vim mentis animi intentum, nec etiam illi ipsi ut gratia sua aut gloria augentur. Habet enim actualiter in praesenti tantam plenitudinem gratiae, debetque sibi etiam in praesenti tanta plenitudine gratiae pro futuro, quantum est capax modo praedicto, quanta scilicet opus est & delectabilissime potest vti. Et si forsitan replicet, quod si talis fuisset sanctificatus in vicario ad gradum prætaxatum, nunquam in tota vita sua potuit quippe meruisse; dicendum quod potuit, & non potuit modis dictis. Nec ali quis seruulus reputet istud grave: sic enim fuit de Domino nostro Christo, dicente Gregorio primo super Ezechielem, homil. 6. Redemptor noster qui ex conceptione & nativitate perfectus Deus & homo existit, iuxta virtutes animæ, quo potuerit proficer omnino non habuit, in membris autem suis, quae nos sumus quotidiè proficit. Quod & Petrus 3. Sent. dist. 18. piamissime constat. Neque etiam sancti Angeli confirmati per officia nobis exhibita aliquid nunc merentur, sicut multis videtur, quod de Enoch & Elia non nullus appetet. Et constat certissime quod post diem iudicij, & adoptionem beatitudinis consummata, neque Angeli, neque homines diligendo Deum, & invicem Deum laudando, & ipsi in omnibus serviendo aliquid merebuntur. Alioquin beatitudo creature rationalis nunquam fuit perfecta, nunquam finaliter consummata. Adhuc autem aliquis subtilis fortes subtilius & si non verius respondebit, quod aliquem fieri meliore dupliciter potest intelligi, uno modo per beatitatem absolutam, & realiter positiuam, cuiusmodi est bonitas gratiae & virtutis, aliter autem quodammodo relativa: Videtur enim quod homo habens gratiam & virtutes morales non in summo, bene operando fieri melior, & si Deus secundum possibilem absolutorum non daret ei augmentum gratiae, nec virtutis, melior, inquam, relativè per relationem videlicet ad opera bona quae fecit & dicit forsitan consequenter, quod homo habens gradum gratiae prætaxatum bene operando si melior secundum modo non primo. Sed quomodo fit quis melior nisi in aliquo bono crescer, acquirat, & habeat maius bonum, quod per positionem hie non facit, dicitque Augustinus Enchirid. 127. Charitas quanto in quoque major est; tanto melior est in quo est. Secundum istam quoque sententiam Christus proficit in bonitate & melior continet, meliorque siebat, nec adhuc deliri fieri melior operem miseris impendendo. Quinime & Deus ipse fieri continet melior, bene continet operando. Ita quoque responsio non multum difficultatem nostram concernit. Literatur talis bonitas possit augeri in homine quantumconque, non tamen gratia nec virtus, habitus nec actus, delectatio nec gloria augerent ultra terminum limitatum. Quod autem fuit obiectum, si habens huiusmodi gradum gratiae bene operando nequaquam augmentum gratiae mereretur, tantum valeret sibi quiescere, quantum optimè operari nusquam procedat, nec tenet sicut praecedentia manifestant. In casu etiam nisi talis bene operaretur proximo succurrente, vel legem Dei tuendo, iuste amitteret gratiam suam totam; valeret igitur sibi operari sua bona, ad gratiam habitantem conservandam. Nec mouet quod argumentum sive consequentia, Talis potest peccare & cadere à gratia, ergo & proficer in merito & in gratia, nisi fortassis intelligatur de profectu in merito quantum ad numerum meritorum & in gratia, quantum ad gratias pera facienda, & gratiam conservandam. Nec redit heresis Begudeum proposita. Voluerunt enim astruere, quod homo in vita presenti, supposita aitate communis, & conuersari eis religionis communis sine alio sanctitatis privilegio excellenti, posset tantum ac tam gradium perfectionis acquirere, & habere, quod omnino impeccabilis redderetur, & amplius in gratia proficer non valeret, & quod in ipso loco tempore conuersari: quare & consequenter dixerunt sicut Decretalis recitat vbi prius, quod ieiunare non operetur hominem, vel orare postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit acquisitus, quia tunc sensualitas est ita perfida spiritui & rationi subiecta, quod hominem potest liberè corpori concedere, quicquid placet, quod etiam illi qui sunt in predicto grade perfectionis, & sicut liberratis non sunt humanæ subiecti obedientie, nec ad aliqua præcepta Ecclesie obligantur, quia ut afferunt, vbi spiritus Domini, ibi libertas, quod insuper homo ita potest finaliter beatitudinem secundum omnem

Q. 9

II autem

Responsio  
res

Opinio

1

omniem gradum perfectionis in praetenti aequali, sicut eam in vita obtinet bona. Sed hec copit eis delectatione anima & sciendo ea, nec ex precedentibus consequuntur. Sed id facta si missa fuerit, non quod est in iuxtaedamento, gratia & gloria non tamē de peccato, malitia, acne poena. In his enim non potest terminus aliquis possibilis homini assignari, ultra quam tū viat quantumlibet non posse peccare vterius & vterius sine fine faciendo videlicet scienter & diligenter quia lumenaliter quare & potest super fieri gratia malis & magis & amplius puniri. Cetera in isto potest esse duplex opinio responsiva; una, quod est aliquis gradus maximus peccati, malitia & poena, cunctaque creature rationali possibilis, quo adeptus non potest in illis vita proficere intensius, & ita deinde gradus quemdam mones post iudicium futile habebunt, & homines reprobati, aliquin ciuitas Babylonis amplexu doloris nequam, tunc acciperet finem suum, sed adhuc effervescit, ciuitate Dei huius & conluminata, cum tamē consonum videatur, & consonum dicitis patrum, quod Deus inuidit officia rerum mundorum. Dicitque Augustinus Enchir. 121 post resurrectione viri facti vniuerso impletoque iudicio, siq[ue] fines habebant ciuitates dux, una Christi, altera diabolis; una bonorum, altera malorum, utraque tum Angelorum & hominum, illis voluntas, illis facultas non poterit illa esse peccandi. Sed ista opinio non satis plenē respondet: Si enīt̄ quelibet creatura rationalis sit capax certi gradus peccati, & malitiae & non vta, & damnata usque ad gradum illum inclusiu[m] proficiens ut supponit, aliqui damnati diu peccabunt post iudicium consummatum, illi videlicet qui cum patuo peccatum mortali modico tempore ante iudicium morierint, nec attingent ante iudicium gradum diu vivat in vita præsenti semper peccando, donec attingat & habeat gradum illum peccati, utique malitia, & adhuc si vita sua & vias prolongentur vterius, potest peccare vterius, vteriusque peccare. Potest enim surati, occidere, & machari scienter, & sciendo videlicet quod est contra Deum & contra Dei mandatum. Dicitur fortassis quod talis habitus talis gradus liberis, sed necessario & coacte. Amitit enim tunc plene v[er]itatem, & subiectur necessarii scitur ut peccati, diaboli, & ciuiuslibet tentamenti, quare nec peccare propriè reputandus. Sed istud non est necessarium absolute: Posset enim Deus omnipotens servare in eo plenam arbitrij libertatem, restituere u[er]o ablatam sine præseruatione à peccato, aut dimissione peccati, quod si fiat potest peccare vterius sicut ante. Altera fortassis dicitur quod quæcumque creatura rationalis est finita capacitat[er] & certa; quod istud non videtur propter rationem premissam. Malitia etiam non est res aliqua positiva transmutata, immediatè essentialiter proprieque loquendo, sed libertatis & peccati omnibus possibilibus non commis[er]is, puritatis, immunitatis, & innocentie naturali, & hanc videatur tanta naturaliter in quocumque, quanta peccata posse committere nec committit. Opinio autem secunda existimat quod homo potest in infinitum peccare ultra quæcumque terminum possibilem assignari, & quod mali post finale iudicium sic peccabunt, & similiiter de puniri videlicet poena sensus. Sed secunda particula opinionis istius de rebus per praemissam. Si insuper mali post finale iudicium peccabunt vterius, quaracione & sciveleris sine fine, ita videlicet quod sensatio sua, sive perceptio, actus videlicet sentientia seu percipiendis, sit in duplo intensior, melior & perfectior, & in quadruplo & deinceps in sexagesimam, & centesimam, & tercentesimam, & videatur capacitate, actuatu, & perceptuatu determinata, & certa. Non ergo potest aliqua creatura rationalis aliquod perceptibile, seu sensibile, seu ignem bene sentire sive percipere, & aliquem in duplo melius, & aliquem in quadruplo, & sciveleris sine fine, ita videlicet quod sensatio sua, sive perceptio, actus videlicet sentientia seu multiplicetur sensatio suo, non sic multiplicabitur sua poena, videlicet poena sensus: Reseiam animata, quidquid patiaris, & quod non sentit, non punitur, homo etiam si ponatur in igne, & eum non segaret, non esset ei poena; sicut fuit de tribus pueris in camino. Et si duo dispari complexionis ponentur in igne & quali, & ornata dimitterentur suis naturalibus non equaliter punitur, sed tenuior & possibilior amplius punirent don, propter potentiam extinsecam ampliorum, sed propter sensationem extinsecam perceptalem maiorem. Si quis insuper subdiceret gradus finitus & parvulus efficietur ab igne, quantumcumque ignis multiplicaretur, si eius sensatio nullatenus augeretur, non amplius punitur. In ipsa dampno sensatio seu perceptione est tota afflictio, tota poena, videlicet poena sensus, quod & ex hoc evidenter apparet, quod si per potentiam Dei rōngnam ignis quantuslibet cuiquam

A cuiquam apponatur, & sine sensatione non cruciatur in aliquo nec punitur; si autem sola sensatio penalissimis facta conferetur igne remoto, punitur & qualiter sicut prius. Adhuc autem similis ratione quod quis est capax poena & tristitia infinite, aut infinite poena, tristitiaque est capax, est & delectationis creatæ, gratiæ, gloriæ, & beatitudinis infinite consequitur: Igitur sub correctione maiorum videatur consequenter dicendum, quod sicut cuiuslibet creatura rationalis est aliqua delectatio maxima creata possibilis, sic & aliqua tristitia propria maxima, & aliqua maxima poena sensus, & hanc videtur consistere in maxima sensatione re maximæ contraria & poenalibus. Videatur tamen propter premissa contra opinionem priori, quod homo ultra quemcumque terminum possibilem assignati, in infinitu[m] potest pescare. Sed obiectio fortassis supponendo quod quis peccauerit, donec mutetur maximum gradum sibi possibilem poena sensus, & quod adhuc peccet vterius: aut ergo punitur poena sensus, & destruitur responsio nunc premissa, aut non sic punitur vterius, & remanebit recusatrum aliquod impunitum contra 3<sup>am</sup> partem Corollarij primi, primi, & contra 3<sup>am</sup> primi. Item tunc damnati odiero & contemno Deum, & ma[re] similia faciendo, semper peccarent, contra priori: Hic non improbabiliter dici potest, quod omnis damnatus punitur illa poena quam habebit pro peccatis suis omnisbus non dimissis, & in causa prestatu, ubi duo peccantes inqualiter, virus videbuntur donec metuerint maximum gradum illum, præcisus, & alijs capacitatibus equaliter peccans puniatur & qualiter poena sensus, quia prius peccator non potest sic puniri nisi tamē simpliciter & qualiter punirentur, sed magis peccans, magis etiam puniatur: Pro quod scindendum quod duplex est poena peccati, una & incidentalis, ut puta verbena, vincenda, carceres, ignes, amissiones bonorum & damna, & cetera talia que possunt adesse & non adesse peccanti: Et de tali poenaloquendo, s[ecundu]m videatur contingere, quod peccantes & qualiter, inqualiter puniuntur, sicut videatur de duobus homicidis & qualibus, quorum virus impunitens occiditur in præstanti, & alter impenitens naturali morte decedit; C quotum ius super primos si habuit maxima bona talia, dignitas, & terces, omnia confundantur; omnia illa per se & h[ab]entibus suis semper: Alter vero & si habeat ranta bona, si non fuerit coniunctus legitimè, & damnatus, nequaquam: vel si nulla habeat, etiam damnatus legi non nella perdit: Similiter quoque videatur de habente maximam charitatem, cui & secundum presentem iustitiam debetur maxima beatitudine in celo, peccante mortaliter & qualiter cum habente charitatem minorum aut nullam: Alia est poena essentialis, essentialiter annexa peccato, & inoperabiliter concordans ipsius, semper videbuntur esse malum, seruitus peccati, amissio libertatis prioris, & immunitatis & innocentie precedentis, sicut ex 3<sup>am</sup> parte II perditio Corollarij primi, primi, magis apparer: & hanc poenam incomparabiliter excedit omnem quam poenam sensus aut damni non importanter peccatum, sicut & pater ex eadem 3<sup>am</sup> parte, & ista poena, qui plus peccat, necessario plus punitur. Et si obiectio illud Apoc. 18. Quantum se glorificauit, & in delicia sua, tantum dato illi tormentum & luctum; Dicendum quod yetrum est ad literam judeo magis: pro glorificatione namque, & deliciarum affluentia temporalis habebit tormentum & luctum aeternum, & si per tantum & quantum intelligas proportionaliter intensius, verum est ceteri paribus, & si sit capax, sicut & illud legi statu, Redder oculum pro oculo & cetera talia, opertore intelligi, & exponi: Si namque deus oculum videntis eruerit, quod oculum suum pro oculo illi redder: Alter potest dici quod illud Apoc. est verum de facto, sicut & multa similia in Scriptura: quia de facto, & secundum legem communem, sicut veritabiliter erudit, nullus merebitur pernam sensus majorum quam sit capax, imo tunc tantum: Neq[ue] ex dicta priori de possibili conseguitur de inesse, quod damnati semper peccabunt, loquendo proprie de peccato quod secundum August. 3, de libero arbitrio 30, libera voluntate & scientie committuntur: Videatur enim quod damnati post finale iudicium amittent libertatem arbitrii quantum ad liberum & suum sicut: Tunc enim veritate restante, in tenebris exteriores mitentur. Et nonne eadem veritate docente lumen corporis est, oculus, ille visus & oculus interior spiritualis: Fientigitur tunc ut videatur insaci, ceteri, amantes & penitus furiosi, oculus. Tunc II enim secundum vocem Propheticam oculus talia turbabitur a furore, & hoc fortassis II vero tunc continget, vel quia Deus in poemam apud oculos libertatis arbitrii, vel ex alia forsitan causa auferat eam ab eis, vel quia propriè vehementer nimiam tormentorum, amittere omne exercitium liberi rationis. Vnde August. Psal. 84<sup>am</sup> exponus: Sunt, inquit, tenebrae exteriores, que magis ad dictum iudicij peritatem intelliguntur, ut penitus extra Deum sit, quisquis dum temporis est, corrigit noluit; peccatus autem est esse contra Deum: quid elegi nisi esse in summa cætitate? Ad illud autem quod argueretur superius quod Deus potest capacitate animæ rationalis quantuslibet augmentare; dicendum videtur, quod si capacitate animæ rationalis augmentet, augmentat & proportionaliter potest in tenebris exteriores, ne succumbat. Verumtamen, ex

actualis quo capacitas animæ non est libil *accidentalis*, sed *essentialis*, videtur quod nullius anime capacitas possit augeri, nisi essentia anime essentia alterius augeretur; quod fieri, nusquam potest eadem anima numero permanente. Potest tamen Deus omniportens quacunq; anima alligata facere aliam animam capacitatibus maioribus quamlibet, aliamq; majoris. Quod vero fuit argumentum, quemlibet hominem in presenti habere bonitatem simpliciter infinitam non est verum: Nulla enim est nec esse potest bonitas infinita simpliciter nisi Deus; sicut docet Coroll. primi, primi. Et si esset verum, viciusq; non obstat: Bonitas enim talis non est actua, nec motiva voluntatis, sicut obiectum delectabile eam mouet, quare nec coactua aut necessaria ipsius. Probatio. quod vterius non procedit quoniam etiæ homo habet bonitatem innocentiam huiusmodi infinitam, non delectatur illa simpliciter & propriè infinitè; sicut nec infinita multitudine suarum partium, aut punctorum vel instantiarum temporis, quo bene, meritorie & in qua vixit, seu viuet, aut thesalo infinito intensuè, extenuè, & numerosè verè vel secundum firmam opinionem plus habito aut habendo, neq; simul delectatur de qualibet infinito bonitatem innocentiam posantur delectatione singulari, propria, & distincta, sed de aliis fortissimis successuè, aut simili omnibus una delectatione communis, sicut & in exemplis alijs spicilibatis. Illud autem quod arguitur consequenter, quod bonum libertatis & innocentie a peccato est melius & eligibilibus bonis alijs quibuscumque etiam infiniti, quorum non habitio non importat peccatum, quare & delectationis maioris & simpliciter infinitæ fallit, deficit, non procedit nisi fortissima ad aliquem extraneum intellectum; videlicet quod fortius, constantius, amans, & præligentius delectatur de bono predicto, quam de quanti- cunque alijs supradictis, & hoc est infinitè quodammodo extenuè, aut etiam numerosè, ad bona, videlicet alia innumerabilia comparando; non tamen infinitè simpliciter intensuè. Tuoc enim tantum gauderet de uno minimo tali bono, sicut de bono maior, & bonis alijs similibus, & melioribus virtutibus, etiæ ipso Deo: Omnes quoq; bestiæ, etiam parvuli æqualiter tunc gauderent, & viatores & cœptifores similiter, quilibet enim horum gauderet infinitè simpliciter intensuè. Sed fortius replicabis dicendo, Si tali homo non gaudet de alijs bono innocentie infinitè simpliciter intensuè, gaudet sub aliquo gradu finito & caputq; aliud quod bonum, quo possit sine peccato carere, quod vocetur bonum indifferens, de quo habitio gaudet; vel ergo gaudet æquaer de his bonis, vel de alijs horum magis: Non æquaer, quia bonum innocentie est infinite eligibilis, & amabilis alio, nec minus de bono innocentie propter idem; minus ergo gaudet de illo bono indifferente accepto, & hoc non infinite, sed tantum finite. Potest ergo illud bonum indifferente tantum augeri, quod æqualiter imò & plus gradate de illo, quam de alio, contra præmissa. Rursum sit A gradus delectationis finitus, quo hic gaudet de bono innocentie supradicto, & B gradus multum intensius delectationis beatificæ cuius est capax, qua tamen potest carere sine peccato. Hic igitur magis desiderat, eligit, atque amat illud innocentie sui bonum, quam delectationem illam B quantumcumq; maiorem; quare & secundum præmissa magis gaudet de illo, contra hypothesis ut videtur, cum de maiori gaudio videatur magis gaudendum. Pro istis soluerunt, scindunt quod hominem magis gaudere de isto bono quam de illo duplicitate potest intelligi, sicut superius tangebatur. Vno modo firmius, amans, præligentius, extensus seu numerosius ad bonum videlicet aliud, bonumq; alia competendo, & sic homo magis infinitè quodammodo delectatur de innocentie sui bono, quam de bono indifferente, aut bonis indifferentibus quantiscumque, sub gradu tam delectationis finito intrinsecè intensuè, & fortius multum remissio. Sic parentes magis gaudent in filio vno, quam de aliis infinitis; sic virtuosus magis gaudet in bono virtutis quam in bonis fortunæ quantitatibus cumulatis: & sic vniuersaliter de bono maioris cuiuslibet ceteris partibus amplius est gaudendum. Alio modo recentius, seruentius & intensius, & sic plerique aliquis magis gaudet de bono minori, quam de maiori, puta de vna avicula, de vno ludicro parvulo, de strenuitate vnius Leporarij aut Falconis, quam de maiori, puta de vna villa, comitatu, aut regno; sic quispiam magis gaudet de vna reperita & inventa, quam de pluribus & melioribus conservatis; sic dux exercitus magis gaudet de vno milite probo a periculo incolomi redente, quam de mille alijs, aut exercitu toto residuo autem morantibus infra caltra. Per hæc, vñpato, pater, quendam responso ad obiecta. Ad illud autem quod superius erat obiectum, quod quicquid est capacitatibus finitis potest satiar plenariè aliquo bono finito, dicendum videtur, quod hoc est verum de anima rationali, & de bono simili creato, non tamen quatenus est bonum creaturæ finitur solummodo, & ibi finaliter persistendo, sed quatenus ipsam copulat, & coniungit finaliter cum bono increato, eterno, simpliciter infinito, ipsam plenariè satiant, & tale bonum finitam creaturam videtur aliqua dispositio. Deformis, aliqua lux sincera purgans & clarans ad uitam.

Replicatio.

Vnico

A animam ad lucem inaccessibilem tam distante peripè contemplandum, ipsamque animam connéctens & copulans cum hac luce, ad ipsam beatificè perfundendum; & hæc dispositio, seu iuxta quibusdam Doctoribus, & a Papa Clemente de hereticis vbi prius, lumen gloriam occupat, sicut apparet ex 39. primi. Alter posset dici quod quaque anima sit capacitatibus finitis, non potest tamen satiar plenariè nisi bono infinito, quod tamen bonum non caput simpliciter infinitè, nec omnino ita plenariè sicut illud bonum seipsum, sed modo quodammodo lux capacitatibus suis mensuram, & anima excellenter in gradu essentia, seu natura excellentius & plenius ipsum caput. Nulla tamen creatura ipsum potest capere infinitè simpliciter omnivisa, sicut ipsum seipsum, sicut diuina persona mutò se capiunt & stiuntur. Nec istud in anima, seu creatura rationali est singulariter admirandum. Nulla enim creatura irrationalis exigua satiar plenariè nisi per Deum simpliciter infinitum. Ipse enim est causa finalis omnium ultimata, sicut apparet ex Corollario primi, primi: quod & Philosophia sepè testatur. Omnia igitur naturaliter ipsum desiderant, quare nec quicquid finaliter sine ipso, abhuc hoc, quod ipsum participant modis suis, secundum mentem & varietatem capacitatuum suarum ipsis naturaliter inditaram. Quare & Philosophus, 1. de Anima, 34. Naturalismus inquit, omnibus viuenribus inest, quæcumq; perfecta, & non orbata, aut generationem sponte eam habent, facere alterum, quale ipsum, animal quidem animal, planta autem plantam, quæcumque ipsis semper & diuino & immortali participant secundum quod possunt. Omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt omnia quæcumque agunt secundum naturam. Qui & 3. Phys. 30. recitans & approbans sententias omnium antiquorum Philosophorum naturalium de infinito, videlicet quod est principium, non ex principio, & in generatum, & incorruptibile quod continet omnia & gubernat, & quod hoc infinitum est, dictum, seu Deus, sic autem rationabiliter autem & principiu[m] "ipsum posuit omnia: nec enim frustra possibile est ipsum esse, neque aliud inesse ipsi potentiam, nisi sicut principium. Omnia enim principium sunt, vel ex principio, infiniti autem non est principium: est enim utique ipsius finis, amplius autem, & in generatum & incorruptibile, "si est quoddam principium; quod enim sit, necesse est accipere finem, & finaliter omnis est corruptionis. Quare sicut dicimus, non huius principium, sed hoc aliorum videtur esse, & continere omnia, & omnia gubernare, sicut affirmat, quicunque non faciunt extra infinitum aliquam causam; ut intellectum aut concordiam, & hoc esse diuimum. Immortale enim & incorruptibile est, sicut affirmant Anaximandros, & plerimi Philosophorum, & vbi translatio ita nova & antiqua similiter ita dicit, "de hoc esse diuimum; immortale enim & incorruptibile est" translationis, quam Auctores habet, sic dicit: Et quod hoc est Deus: est enim immortalis & incorruptibilis. Et notandum quod dicit, sicut affirmat quicunque non faciunt extra infinitum aliquam causam, supple agentem; & ita sunt, ut dicit Auctores, omnes Antiqui præter Anaxagoran, qui posuit causam agentem intelligentiam, & Empedoclem, qui posuit licet & amicium, & Democritum. Nec debet mouere, quod Auctores ibi sic dicit: Sed ut mihi videatur, non ponit infinitum. Verum est enim quod Aristoteles non ponit infinitam quantitatem, sed Deum infinitum qualitatem & virtutem, sicut series sexus paedit, & probat ratio Antiquorum. Hec enim videtur ratio Antiquorum; Nullum generatum aut corruptibile est primum principium; omne finitum est corruptibile, sicut finalis omnis est corruptionis, cuius ratio potest vterius assignari, quia nihil finitum emittat, potentia, & virtus est de se necesse esse, sed possibile esse secundum contradictionem. Non enim repugnat illud non esse, sicut erat; 17. pars corollarij primi, & secundum primi ostendunt. Quare & semper indiget aliquo per se necesse esse, ad ipsum in esse contingue sustentandum, sicut idem secundum monstratur. Quapropter & voluerat dicere consequenter, quod primum rerum principium est infinitum, infinitè scilicet entitas, potentia, & virtus, & idem necesse esse purè per se ipsum, & propterea quod istud principium omnia alia possibilia secundum contradictionem continet, & gubernat: continet omnia in essendo, gubernat omnia in agendo, sicut secundum, tertium, & quartum primi doctorum. Quare & bene dixerunt vterius quod dicitur principium est diuimum, seu Deus. Modus: siquidem iuxta apud Græcos crederimus est, vbi hoc concreto, seu denominativo Diuimum, pro hoc abstracto, seu principale est Deus. Quare & vbi translatio dicit Diuimum, & alia dicit Deus. Et ecce ratio Antiquorum, quare dixerunt quod istud principium est diuimum. Immortale enim & incorruptibile est, scilicet Diuimum: quare & alia translatio haberet ita, & quod hoc est Deus: Est enim immortalis & incorruptibilis; quod oportet intelligere exclusuè hoc modo; Quia solus Deus est de se & per se immortalis, & incorruptibilis, & necesse est esse simpliciter, sicut docet 17. pars Corol. 1. primi, & primum principium rerum est tale similiter, sicut superioris dicebatur, primum principium rerum est Deus: & hæc, ut arbitror, est vera expo- sitio huius

*Repositio  
Commenta-  
toris.*

Aristoteles.

*Dogmatio Ce-  
mentioris.*

*2. Quatio  
Commenta-  
toris.*

sitio huius loci, quem negligens Averroes, & ut timeo neglegetus à Deo, sic ait: Sermo eius A in hoc manifestus est per se. Et si sermo eius in hoc manifestus per se, cur dicitur simpliciter sine distinctione aut determinatione quacumque, sed ut nihil videtur non posse infinitum; cum ipse Aristoteles approbet præmissam sententiam Antiquorum: Dicit enim, Rationaliter aeternum & principium ipsum ponunt omnes: & infra tam in noua translatione quam antiqua sic ait: Quare sicut dicimus, non huius principium, sed hoc aliotum videtur; dicimus, inquit, non dicunt: Rationes quoque ipsorum approbare videtur, sicut & debent necessariè approbari, sicut præcederit probauerunt: Si etiam conclusionem & rationes ipsorum nullatenus approbasset, ex quo non exquisitus has recitat, videtur quod secundum confuerudinem suam communem illas in aliquo reprobasset, sicut in eodem libro atque capitulo, & alias de alijs opinionibus & rationibus Antiquorum circa eandem materiam se p[ro]p[ter]e facit. Si etiam mihi non credis, credi ipsi Aristotelei Deo tuo: Ipse namque primo de Cœlo & mundo too: dicit ita: Hoc nomen diuinum enuntiatum est ab antiquis, Finis enim continens id quod vniuersusque vita tempus, cuius nihil est extra secundum naturam, eternum vniuersusque vocatum est; secundum eandem aeternam rationem & totius cœli finis & omnis tempus, & infinitatem continens perfectio, eternum est a semper esse suum denominacionem, immortalis & diuinus, unde & alijs co[n]sideratim est, his quidem clariss, his autem obscuriss esse & viuere. Etenim quemadmodum in Eucyclis philosophis matibus circa diuina multoties declaratum est rationibus quod diuinum intrinsumabile necessarium esse primum & summum, quod sibi habens testificatur dicitis; neque enim aliud molius est quod mouebit. Illud enim vilique erit diuinus, neque haberet primum nihil, neque indigens corum, que ipsius, bonorum, nullo est. Idem quoque 8. Phys. 78. & consequenter iudit expresse, quod omnis potentia in corpore est finita, & quod mouens cœlum per tempus infinitum est potentia infinita, quod ratiōne pessime intelligis & exponis, contradicens planissime Aristotelii two Averro, Alexandro, Platon, Ioanni Grammatico, Auicenne, & etiam tibi ipsi, sicut commento 79. C patet. Queris enim si haec propositio, Omnis corporis potentia est finita, continet corpus celeste, dicit quod ista questione est valde difficultis & multum scrupulosa; & quod est fortior omnibus dubitationibus, que possunt accidere hic: & respondendo, dicit, quod ex vi verborum Aristoteles apparat, quod potentia eius passiva, scilicet suscepitua motionis est finita. Sed hic proculdubio, nec capis vna voborum Aristotelis nec virtutem. Constat enim clarissime Aristotelis ibi loqui de potentia activa & motiva, acque mouente corpus celeste per tempus infinitum: & dicit, & hoc de prima & summa talis potentia; & probare ipsam non habere magnitudinem corporalem, nec esse in magnitudine corporali, cum sit finita, & omnis potentia in magnitudine sit finita: Aliet enim moueret & ageret in non tempore, in instanti: & quia omnis potentia in magnitudine finita similiest est finita, & magnitudo infinita non est potesta; haec est certissime abbreviata sententia huius loci; & cui dubium quid ibi loquitur de magnitudine corporeu[m] cœlestis? Quis enim vel leuiter somnaret potentiam mouentem cœlum esse in aliquo elemento, aut ex elementis composto, & non potius in ipso cœlo, in corpore ipse cœlesti: hoc & enim aliqui, scilicet Zabij putauerunt, teipso super 2. Met. 4.1. teste, aliis autem nemo. Videatur igitur quod Aristoteles iniurit hic virtolet illi communis conceptioni, & concordi sententia Antiquorum, ex 3. Phys. 30. iam premissa; quod scilicet singilitas omnis est corruptionis, & quod vult dicere, quod corpus cœleste, cum sit finita, quantitas & entitas, est similiest finita potentia & virtutis, quare & quod non est de se & per se necesse esse, sed possibile esse secundum contradictionem: quapropter & quod indiget aliquo per se & de se necesse esse, ac ideo potentia infinita, ipsum in esse continuo sufficiens acque mouente, sicut secundum me, & quantum primi plenius docuerunt. Quare & bene dixerunt Antiqui, 3. Phys. 30. quod infinitum quod est rerum principiū omnia continet, & gubernat: Haec igitur videtur sententia Aristoteles istis locis & pluribus alijs, sicut secundum primi plenius manifestatur. Haec est sententia Alexandri, Platonis, Ioannis Grammatici, & Auicenne teste teipso, illo commento 79. predicto, immo & haec est sententia tua in de substantia orbis, & alijs, sicut secundum primi diffusius patet. Mous ibidem & alijs questionem, quomodo sequitur, si potentia infinita est in corpore, quod moueret in instanti, & non sequitur si fuerit extra corpus, & respondendo nihil respondes: dicas tamen si potentiam infinitam posueris in corpore, sequitur quod motio eius sit non in tempore, si vero illam posueris non in corpore, tunc non dicitur finita nec infinita, eo quod non est in corpore: Non igitur sequitur quod sit mouens non in tempore, cum in his non possit intelligi vna potentia maior alia: Maius enim & minus solus est quantitas. Sed quis tam rudis vt non palpabiliter videat, quomodo hic contradictoria implicentur, quām

vñquam

A vanuni sit totum hoc dictum, sicutum, fruolum, & inane: Non sic ligunt, non sic debet quæstio ista solui. Tum sic magis, si potentia infinita esset in aliquo corpore, sicut forma corporea & extensa, non esset potentia rationalis, sed irrationalis sicut liber de Anima manifestat, quare & non ageret ex electio, sed ex necessitate naturæ, & secundum ultimum potentia sua semper, sicut 9. Met. 10. & alijs declaratur. Si vero ponatur à corpore separata, est potentia rationalis agens & mouens ex arbitrio libertate sicut 9. primi sicut. Adhuc autem & Aristoteles 12. Metaphys. 41. similis modo probat primam & sempiternam substantiam esse à magnitudine separatam, cum habeat potentiam infinitam, & nulla potentia in magnitudine habeat infinitam; quare & tu ipse ibidem moues eundem questionem, quam prius, sed alio modo respondes & contrario responsum priori dicendo, quod motus coelestis compositus ex duabus motoribus, quorum unus est finite motionis, & est anima existens in eo, & alter motionis infinitus, & est potentia qua non est in materia, vbi, ethin nullis delires, videris tamen concedere, B dico, quod motor coelestis à materia separatus est potentia infinita nequaquam in duratione, quia secundum me sic est anima illa cœli quam fabriæ, sed & in fortitudine & virtute. Hoc pro salute veritatis, contra expositionem expulsoriam veritatis & peruersoriam tractorum Doctorum tam tamen remedium veritatis, quod tamen fortassis 17. parte Corollarij primi, aut secundo primi fuerit convenientius poterit standum: sed quod ibi incuria prætermisit, curiosus hic supplendum. Ad illud autem quod obsecraberat superius de infinita scientia beatorum in patria; Respondendum videtur quod duplex est scientia Beatorum in proprio genere & in verbo; una creata, & altera increata. Prima non videtur ponenda infinita simpliciter, propter præmissa in ostensione ultime partis Corollati primi, primi; & licet secunda ponatur infinita in eis, non obuiat supradicta, neque videtur consequens vlo modo, quod si Beatus rescat omnia in proprio genere, per scientiamue creatam, ideo posfit falli, propter certam claritatem scientie, qua fruatur increata. De scientia autem anima Christi cum reuertentia summa Christi, C si, potest & similiter responderi; de gratia vero eius & gloria sicut supra, cum sicut tangebant superioris, anima Christi videatur creatura entia finita, quare & capacitatis, intellectus, amantiatur, & cuiuslibet virtutis finita respectu cuiuslibet habitus & affectus creari, licet creabilis, modo superioris p[ro]pt[er] taxato: Neque ex isto consequitur inconveniens Begardorum, quod posset aliquis Christo p[er]fectio inueniri. Non enim est, nec esse decaret aliquod membrum Christi tanto capacitas finitum numerum, quanto caput. Veruntamen hic sciendum quod gratia Christi est duplex, una dilectionis, alia vnois: Gratia dilectionis est habitus creatus animæ eius infusus, qui diligit Deum & proximum, & haec videtur finita, sicut & alij eius habitus acque affectus: Gratia vnois potest dici illa gratia, qua diuinitas Verbi sic est vna humana Christi, v[er]o Deus & homo vna sit Christus in eiusdem suppositi unitate, & haec quodammodo est finitum. Infinitum namque manus diuinæ gratiae gratia collatum est illi homini, ut sit & realiter & veraciter ipse Deus simpliciter infinitus; quæ gratia nulli alij vñquam datur concessa, nec est nec erit; & quantumcumq[ue] gratia dilectionis in alijs augeretur, nunquam attingerent istam gratiam vnois. Et sic potest intelligi, quod Deus non ad mensuram spiritum illi dedit. Ipse namque sic conceptus est de spiritu sancto, & natus in virgine, vt esset idem veraciter, essentialiter, & substantialiter filius Dei & virginis Deus, & homo; vel aliter intelligendo per spiritum Spiritus Sancti dona; Deus dedit ei spiritum ad sacerdotem sua capacitatis omnimodam extensu[m], numerosè & etiam intensu[m]: non ad aliquam mensuram minorem sicut dedit alijs membris Christi. Quare & de ipso antonomasticè & dicitur videtur dixisse Propheta: Requiescit super eum spiritus Domini, spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini, Es. 11.2. Quapropter & Augustinus 12. parte super Iohann. serm. 14. scribit ita, quid est hoc: Non enim ad mensuram dat Deus spiritum inuenimus quia ad mensuram dat Deus spiritum; Audi Apostolum dicentes, secundum mensuram donationis Christi; hominibus ad mensuram dat, vno filio non dat ad mensuram. Quomodo hominibus ad mensuram? alijs quidem per spiritum dat sermo sapientie, alijs sermo scientie secundum eundem spiritum, & fides in eodem spiritu, alijs Propheta, alijs diuidicato spiritum; alteri genera lingua, alijs donatione curationum; aliud habet ille, & aliud habet ille, non habet ille; mensura est diuilio quædam bonorum, ergo hominibus ad mensuram datur, & concordia ibi vnum corpus facit: quomodo aliud accepit manus ut operari, aliud oculus ut videari, aliud auris ut audiri, aliud pes ut ambulare, sic sacerdotem diuersa dona fiduciam, tunc membris ad mensuram cuique propriam distributa; sed Christus qui dat, non ad mensuram accepit. Ad hanc autem & alteri intelligendo per spiritum opera spiritus, potest dici, quod Deus non ad mensuram spiritum ei dedit. Potuit enim Christus & potest operationes Spiritus sancti omnimodas exercere,

Philosoph.

Daniel.  
Ecclesiastici  
cum  
Proprieta.

Sep.

Iob.

Philosoph.

cere, & hoc, ut videtur infinitus textus sequens. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius, per manum enim solent potestas operativa & opera designata, vnde & Chrysostomus (& recitat ibi glossa) Spiritum, inquit, hic actionem Spiritus dicit: Vult enim ostendere quoniam omnes quidem nos in mentula spiritus actiones suscipimus; Christus autem omnem spiritum suscepit actionem. Secundum hanc quoque potest intelligi & exponi verbum Petri Lombardii superius allegatum: Ex his igitur omnibus patere videtur quod nullum delectabile tristis vel creaturem potest necessitare voluntatem rationalem cretam, ad rationalem actum suum volendi sive nolendi, praesertim quando invenientur rationis & liberum arbitrium manet sanum, licet possit ad actum concupiscentiam, ad concupiscentiam scilicet sensualem sive carnalem, quae non subiicitur legi mentis, sed aduersus spiritum regatur. Veruntamen pro istis & alijs obiectionibus, quae sequuntur, sciendum quod sicut experientia nimis certe nos docet, obiectum delectabile actualiter mouens hominem & titillans aliquantulum minuit & obscurat iudicium rationis, debilitat, & absorbet. Quis hoc se B. in se ipso expertum sepius disficeret? quis ut temptationes alias praetermitrara, febribus & flumina, oblati aqua fontali, aliove delectabilissimo sibi potu, & qualiter iudicat absurendum, sicut factum extra febres, etiam & si sit Medicus sapiens & expertus? Pro statu tamen libertatis arbitrii bene fani alter suisse videtur. Videtur enim quod nulla illecebra, ante peccatum minutior in aliquo iudicium rationis; sed hoc accidere homini in peccatum peccati prioris. Quare & pro statu libertatis arbitrii infirmata & taliter vulnerata videtur quod licet iudicium rationis non est depresso per obiectum delectabile vel viile ipsum mouens, hominem posse illud eligere ratione etiam actualiter prohibente, semper ramen de facto, vel in maiori parte opinor accidere modo dicto, pro statu infirmitate libertatis arbitrii, sicut omnes communiter experimur. Secundum hoc autem puto intelligi illud Philosophus allegatum cum suis similibus, Ignorat quidem omnis malus, que oportet operari, & a quibus fugiendum, & propter tale peccatum iniurias, & universaliter mali sunt. 3. Eth. 3. quare & 6. 10. Peruerit, inquit, malitia & mentiri facit circa practice principia; & 7. 3. & 10. dicit quod incontinens & in passione existens habet scientiam non in visu, seu in actu perfecto, sed in habitu, sicut dormiens & violenter. Et sexto dicit quod concupiscentia insidiatur, quemadmodum Venetum ait; Dolosus enim Cyprigena, & variam Corrigiam, & Homerus, deceptioque sura est intellectum spissè sapientis. Ecce infra 11. Impedimentum, inquit, ei, quod est prudentem esse, delectationes, & quanto magis gaudet, puta eum quae Venereorum: Nullum enim vitium posse intelligi aliud in ipsa. Cui & concorditer Daniel 13. species inquit decepit te, & concupiscentia subiicit cor tuum. Vnde & Ecclesiastici 9. Averie faciem tuam a muliere compita, & non circumspicias speciem illius; propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exarcescit. Dicique Prophetæ: Supercedidit ignis, & non videatur Solis, Psalmio 57. Supercedidit inquam, ignis concupiscentia, & non viderant Selenem intelligentem manifeste, de quo Sapientia 5. Sol intelligentia non est ortus nobis; quod & clare testatur exppositio Augustini. Quare & Philosophus 2. Eth. ultim. dicit, quod in omni maxime obiectum delectabile, & delectationem. Quod igitur plenus Senes pariebant ad Helenam pulcherrimam, scilicet meretricem, hoc oportet pari, & nos ad delectationem, & in omnibus illorum dicere vocem, scilicet Fuge, Fuge. Quamobrem & Iob concordanter sic ait; Pepigi foodus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virginie, Iob. 31. quod Gregorius 21. Moral. exponit diffuse ad intellectum præstatum. Ex his igitur evidenter appetit, delectationem & concupiscentiam, posse liberum arbitrium & iudicium multum obnubilare, inficere & ligare; Imo & tam vehementer potest esse, quod omnem visum rationalem liberi arbitrii absorberit, & reddet hominem amentem similem ebris pueris, motionibus & jumentis. Experimur namque certissime in ebris & infirmis, in pueris, motionibus & infantis contrariisque istorum. Probat quoque Philosophus in De Philosophia, quod animæ sequuntur corpora, dispositionem scilicet corporalem. Ego autem vidi, & noui quandam quasi stolidum & amentem, qui dicebatur ex concupiscentia cuiusdam mulieris in statum humanum incidisse. Quis enim nesciat vires mirabiles cardiae passionis? quare & dicit Philosophus septimo Ethic. tertio. Itæ & concupiscentia Venetorum, & quadam manifeste & corpora transmutant, quibusdam autem & infantias faciunt, qui & 2. Post. 4. dicit Achilleum. sive magnanimum, nec velle tolerare inimicorum. & id est infantis. Secundum hanc igitur fortitan potest concedi aliquod obiectum delectabi, & sive triste posse necessitate hominem ad aliquid faciendum, non tamen ad rationalem & liberum actum suum. Potest enim admittere homini visum rationis, & liberi arbitrii, & reddere eum amentem, & tunc

## De causa Dei.

A tunc sicut natus naturæ regimine destinata ab impellentibus incutitur, sicut equus indomitus rupis loris a voluptribus attrahetur, & sicut puer, morio, seu infans concupiscentiam in omnibus prosequetur. Potest tamen dici iuxta præmissa, quod bestia, pueri, motiones, & similares, non omnino necessitatur suis obiectis, sed quod ipsa ex seipso quadam necessitate naturali obiecta sua cognita necessariò prosequitur vel fugient, sicut lapis descendit, & sicut planta crescit. Adhuc autem quinam fortassis alter respondebit, dicendo pueros, motiones, cibros, & infantis habere liberam voluntatem, & liberam visum eius, quoniam carant visu & arbitrio rationis, sicut si Deus omnipotens faceret creaturam intellectu carentem, sed aliam potentiam cognitionis habentem cum libera voluntate: Hoc enim omnipotentia Dei videtur possibile, praesertim cum intellectus & voluntas sine potentia diversæ, saltem in opere. Nec ideo potest inferri eos posse mereti: Non enim sola libertas sufficit ad merendum, sed requiriunt rationalis cognitio obiecti, & finis præcedens & iudicium congruas rationis. Nec enim potest inferri ipsos habere liberum arbitrium, propter causam prædictam:

Liberum enim arbitrium, seu potius arbitrium liberum secundum primo humus ostensa duo importat; rationale scilicet arbitrium iudicandi, & potestatem liberam excutendi. Nec obstat quod dicit Philosophus 3. Eth. 5. quod pueri non communicant electionem: Electio namque vi patet per eundem infra ciudem est, cum ratione & intellectu, vbi & 9. sic ipsam definit; Electio est confidibile defiderum eorum quae in nobis; consilium autem, sicut nullus ignorat, & Phil. lib. arbitrii, seu visus ipsius propter causam prædictam. Nec obstat, quod dicit, 2. Phys. 59 quod infans non habet proprius. Propositum enim intellectu & ratione importat; quare & textus quem habet Aut. dicit ibi, quod infans non habet electionem. Nec obstat quod dicunt Theologi parvulos non habere lib. arbitrii, seu visus ipsius propter causam prædictam. Mihi tamen magis videtur quod sicut per <sup>4</sup> modis dispositiones prædictas in corpore hominis impeditur, & omnino suspenditur ratio & visus rationalis intellectus, ita & visus rationalis & liber affectus. Et sicut pro tunc ligatur potentia intellectiva, ita & potentia voluntativa, & dominatur totaliter appetitus & concupiscentia sensu, sicut superioris dicebatur. Pro illo autem quod arguitur consequenter, sciendum, <sup>5</sup> utra præmissa, quod pueri, motiones, bestie, & arg. 2. similes nullam habent potentiam resistendi motionibus obiectorum, sed ipsas, cum possint, hoc est si impediti non fuerint, necessariò prosequuntur, homo autem non sic, sed eodem modo dispositus habet potentiam contradictionis libere resistendi, & libere prosequendi, sicut primum & secundum huius ostendunt: Quare & evideenter apparet quod homo non habet infinitè maiorem potentiam, immo nec maiorem in minimo taliter resistendi, quam illa; cum illa nullam potentiam habeat taliter resistendi, nisi fortassis aliqui placeat dicere multa impropter, quodlibet quantum esse infinitè maius non quanto, & omne potens infinitè potius non potest, & omnem liberam creaturam infinitè liberiorem non libera creatura. Quod <sup>6</sup> Reponso ad autem arguitur beatitudinem finalem creataram necessitare voluntatem beati ad actum beatum, & ad non peccandum, quia talis beatus non potest fieri miser, neque peccare; nequaquam concludit. Potest enim similiter argui, quod tempus & locus immortalitas, actus beatificus, & quocunque conditio sit beati, ipsum simili modo necessitat. Licit enim nullus beatus finaliter posset cessare ab actu beatifico, vel peccare, non tamen de necessitate consequitur hoc esse propter <sup>7</sup> necessitationem beatitudinis creationis, immo sicut magis videtur, <sup>8</sup> necessitat quod sit ex necessitate obiecti beatifici, sive, & agentis, scilicet Dei, qui beatos efficit & confirmat. Quod autem obiectum forem temptationem posse superare tempus, solvit per præmissa: Potest enim fortassis alienare tempus ab vis liberi arbitrii, & sic eum posterius, non alienatum autem nulla tempatio superare propriè, potest tamen dicit <sup>9</sup> impropriè superare, quia videlicet tantam difficultatem resistendi infert tempatio, quod manuscedere, quam ipsam diuinus sustinet. Tanta quoque est aliquoties difficultas, quod dicitur impossibilitas resistendi, sicut & difficultas dicitur impossibilitate aliquando. Sic enim loquitur Philosophus 3. Topic. vbi dicit, quod possibile est magis eligendum impossibili, hoc est facile difficult, quoniam impossibile propriè non est eligendum, ipso met teles 3. Eth. 5. Vnde & Ansel. de lib. arbit. 5. Est, inquit, ratio, quam frequens habet visus, curiosus & nolens <sup>10</sup> dilectus, & ex necessitate dicitur aliquis facere, quod tamen voleat facere. Nam quod non nisi difficile facere valens, & ideo non facimus, dicimus nos hoc facere non posse, et necessitate nos, sive inuitos descrevere, & quod sine difficultate dimittere nequimus, & idcirco facimus, hoc nos inuitos nolentes & ex necessitate facere aliterum. Hoc ergo modo qui mentitur ne mortiatur, mentiri inuitus, & nolens dicitur, & ex necessitate, quia mendacum vitare non valeret sine mortis difficultate: sicut igitur qui mentitur propter vitam, impropriè dicitur inuitus mentiri, quoniam mentitur volens, itaque non propriè dicitur inuitus vellem ergo quod-

Philosoph. 4. non nullas

Reponso ad arg. 2.

Reponso ad 5.

Reponso ad 6.

Philosoph. 7.

Reponso ad 8.

Reponso ad 9.

Reponso ad 10.

niam hoc non nisi volens vult. Et infra 6. Dubitare, inquit, non debes hanc impotentiam A fernandi rectitudinem, quam dicit in nostra voluntate cum temptationibus conscientius, non esse ex impossibilitate, sed ex difficultate; frequenter namque vsu dicimus; non non posse ali- quid, non quia nobis est impossibile, sed quia illud sine difficultate non possumus: hæc au- tem difficultas non pertinet voluntatis libertatem. Per hæc autem solvantur Autoritates ob- iectæ: Si quis autem imitatur Autoritati Job dicens; quod non est super terram potest, que comparetur diabolico; & Autoritati Gregorii exponentis, dicendo quod in omnibus mo- tuis & mobilibus experimus fortius mouere debilis; & ita inuitum, seu contra appetitum, & inclinationem naturalem, dicendum quod hoc non est verum, si intelligatur, vniuersaliter de omni motu & mobili, & de omni specie motionis: Non enim quia terra magno est, & maiori virtutis in mouendo quam aer pars in resistendo, ideo est maioris virtutis ad ele- uandum seu calcificandum aerem, quam ipse ad resistendum, sed ad deprimendum & fri- gefaciendum aerem. Hæc namque sunt actiones propriae terræ in aërem. Eodem modo & si diabolus sit fortior homine ad mortendum ipsius localiter, & ad ipsum multipliciter alterna- dum, quam homo ad resistendum his motibus; non tamen ad faciendum hominem velle, ra- tionali scilicet aëri volendi, sicut nec fortior potest necessitate debilorem ad sic volendum, quod & precedentiæ manifestat. Veruntamen iuxta premisæ potest fortassis diabolus ali- enare hominem ab usu liberi arbitrio, & ipsum tunc ducere ut fumentum. Nec etiam quis

aliquid

Philosophus.

Repositio ad  
7.Aristoteles.  
qui emenda-  
re disciplina  
non possunt.

timore mali horribilis imminentis necessitatæ propriæ ad volendum, seu aliquid facien- dum, sicut superioris est ostensum, sed tantum impropriæ modo prædicto propriæ magnam dif- ficultatem illatam: Adio namque talis est voluntaria quoquomodo. Non tamen simpliciter: A voluntate namque procedit motus operatioque membrorum. Quare & Philosophus 3. Eth. g. loquens de talibus operis talibus coactis quodammodo, ita dicit: Mixta quidem igi- tunc, tunc operata sunt; finis autem operationis secundum tempus est, & voluntarium au- tem & involuntarium dicendum, quando operatur; operatur autem volens. Etenim princi- piūm mouendi organicas partes in talibus operationibus, in ipso est: Quorum autem in ip- so principiū, in ipso & operari: Et voluntaria itaque talia, simpliciter autem fortiter inuo- luntaria: Nullus enim vice eligeret secundum scriptum talium aliquid. Cui & concordat Anselmus de libero arbitrio 5. Superioris recitat. Quod autem allegatur à Philosophero 3. Eth. 2. quod in illis coactis sit venia, quæ humanam naturam excedunt, & nullus vice su- scineret, potest expōni per magnitudinem difficultatis, quam homo refugit sufficiere iuxta su- perioris prælibata; ita quod non estibi necessitas propriæ sicut & præcedentia docuerunt: qua- re & Philosophus immediate subiungit: Quod tamen fortassis non est cogi, sed magis moriendum patientem durissima: Etenim Euclidis Alcmæone denitora videntur cogentia matrem occidere. Quod autem omnis malus ignorat, exponebatur superioris, ex quo & patet similiter quomodo sciens, vel nesciens in actu, & in particuliari agit, quæ non oportet. Illud autem dictum Socratis allegatum, erat superioris reprobatum, & Philosophus illud

Damnam, nisi fortassis illud antiquum Socraticum; (Hoc tantum scio quod nescio). ipsum valeat excusare, quod tamen indefensibiliter ipsum accusat, & insolubiliter ipsum ligat. Pro syllogismo autem practico respondendum, quod qui habet huiusmodi syllogismum. Omne dulce est gustandum, Hoc est dulce, Hoc ergo est gustandum. Si habet voluntatem conformem, & non sit prohibitus, necessario conformater operatur; aliter non est verum: Alias etenim Philosophus incidit in illam sententiam insensitam Parisijs condemnatam, quod homo necessario obedit in omnibus rationi, sicut & Socrates videtur damnabiliter in- cidiſſe: Pro iudicis autem Astrologorum, Philosophus monicorem & ceterorum similem; aduertendum quod stellæ & virtutes celestes multum disponunt, & vehementer inclinant corpus humanum ad aliqua convenientia præseveranda, & contraria fugienda: Et hæc dis- positio est virtus seu vicium naturale, de qua multi Philosophi naturales, morales, & Astro- logi sepe tractant: de qua & 34. primi breuiter tangebatur: Hæc autem virtus seu vicium naturale tam vehementer inclinat ad delectationes & operationes proprias, sicut virtus moralis ac suas; immo & molto vehementius aliquando. Manifeste namque videmus quodam statim a pueri ita affici ad aliqua perseveranda, quod vis & difficultate reser- vantur, sicut trigeminum nonum primi aliquatiter ostendebat. Vnde & Philosophus 5. Polit. || 9. recitat Socratem affirmatorem: Naturam quandoque prædicere: prauos & \* meiores disciplinas; prauos quidem, quorum epititus fundus quinario conjugatus da- as harmonias exhibet, quando numerus diagammatis trius solidus fuerit. Vbi & secun- dum sententiam propriam sic subiungit: Contingit enim esse aliquos, quos disciplinari & fieri studio,

A studiosos viros impotens est. Quare & dicunt Astrologi quod quis habet naturam tristem, sor- tem ad aliquod vitium, quantumcumque exercetur in virtute opposita, nonquando sumabitur in illa perfecte, qm ad huiusmodi vitium facilissime relaberur. Hæc ergo diabolus, dispositio, seu concupiscentia naturalis, tam fieri alberens, tam vellementum ampliens, & tam delecta- biliter atrahens non auctur, non vincitur, non subiectus, ut sit in fortis pugna; cunctis tristi- laetis, cum labore multiplici, & dolore, & plurimi hominum dies sunt tristis & labores, delicias, & molles amplexantur; quare & prosequuntur ut plurimum suas concupiscen- tias naturales: & hinc est quod Astrologi, Philosophi, & similes multoties dieunt ve- rum; circuhabitus autem dispositiones, & aptitudines naturales, iudicia certa habent; circa actus vero humanos non habent iudicium ita certa, quia nullus necessitate firmata, sicut præ- dentia docuerunt, sicut etiam quæ vult, potest multoties experiri in naturis omnibus plurimo- rum, & alijs iudicis consuetus. Dicat enim mihi talis iudex: Tu tu ne duces vxorem, tunc filium generabis, tunc recipies diuinas & honores, cras talem locum adibis, & facies hoc vei illud; & pro tunc & forte pro semper à talibus abstinebo. Dicat etiam mihi talis de par- uulo meo nato, Iste cui tam in honesto, tam malo, tot & tantus vitis deditus, & ego pro- curabo omnia viabilita in tantum remoueri ab eo: ipsumque in tantum ad contrarium ar- tificialiter alterari, tam studiose in virtutibus omnibus educari, & tanta diligentia cultu- dit, ipsumque quoque ira premaniam & inducam, quod non erit tam malus, immo nec malus, sed bonus, licet forsitan nos tam bonus mortaliter, sicut si fuisset natus habilior ad virtutes. Nam sicut secundum Ptolomeum in Centilogio verso 8. Anima sapiens adiuuat opus stel- larum, quemadmodum seminarior fortitudines naturales; sic secundum euudem supra ciu- dum verso 5. Astrologus optimus multum malum prohibere poterit, quod secundum stellas venierum est, cum eius naturam præscrivat: sic enim præmitur cum cui malum futurum est, ut possit aliquid pati, sicut & testantur experimenta superius recitata.

## C O R O L L A R I V M.

Corollarium, quod voluntas creature rationalis non est passiva tantummodo, sed activa; & quod voluntas per causas secundas sufficienter diffusa ad agendum potest una- vice non agere, & alias agere liberum actum suum; quare & quod bonis in equalibus propositis voluntati non necessario volet maius; immo & proposito bono bono, & malo in honesto delectabili, tamen multum vel nullum, potest scienter bono illo neglegere eligere illud malum. Quare & quod cum recta ratione in intellectu est error possibilis in affectu. Quod etiam appetitus irrationalis non necessitat hominem ad agendum; quod corpora celestia non necessitant voluntatem: Quod Diabolus non necessitat voluntatem; & quod nulla tentatio necessitat voluntatem: Quod tantum purum malum voluntati ostensum ipsam necessitat ad non volendum, & purum bonum, ad non volendum possum, id est, ad non odientum: ipsa voluntas naturali necessitate necessario hæc non potest, ubi etiam ostenditur consequenter quod forte multum dece- ret, & plurimum expeditus Theologis & perfectis Catholicis Astrologiam & alias tales scientias non nescire.

E X his autem existimo resulget quod voluntas creature rationalis non est passiva tantummodo sed activa; & quod voluntas per causas secundas sufficienter diffusa ad agen- dum, potest via vice non agere, & alias agere liberum actum suum; quare & quod bonis in equalibus propositis voluntati non necessario volet maius; immo & proposito bono honesto & malo in honesto delectabili tamen multum vel nullum, potest scienter bono illo neglegere eligere illud malum; quare & quod cum recta ratione in intellectu est error possibilis in affectu, quod etiam appetitus irrationalis non necessitat hominem ad agendum, quod corpora celestia non necessitant voluntatem, quod diabolus non necessitat voluntatem, & quod nulla ten- tatio necessitat voluntatem: quonodo etiam est capacitas finita & cuonodo infinita. Quod tamen purum malum voluntati ostensum ipsam necessitat ad non volendum, & purum bonum ad non volendum possum, id est, ad non odientum, ipsa voluntas naturali ne- cessitate necessario hæc non potest; quod ius super forsan multum deceret, & plurimum ex- pediet Theologos & perfectos Catholicos Astrologiam & alias tales scientias non nescire. Hæc autem ex præmissis hic et proximo tam lucide consequuntur, quod alias declaracione non agent. Per quæ & multoties daminari per Stephanum Parisiensem Episcopum repro- bantur;

Proloem.

id est, Astrologia.  
id est, Deum.

Aurena.

Gen. .

Hieronymus.  
Historia.

Bryllius.

biatur; quod videlicet voluntas de lecit indeterminata ad opposita sicut materia; determinatur ab appetibili; sicut materia ab agente; quod appetitus intellectus cestantibus impedimentis necessariò mouetur ab appetibili; quod voluntate existente in dispositione in qua nata est moueri; & mouentibus disponitio quod natum est sic mouere, impossibile est voluntatem non velle; quod etiam post conclusionem factam de aliquo faciendo, voluntas non manet libera; quod voluntas hominis necessitatur per suam cognitionem huc appetitus brui; quod voluntas necessario persequitur quod principalius creditur a ratione; & quod non potest absinere ab eo quod ratio dicit; & quod si ratio est recta, voluntas est recta; quod voluntas manente passione & scientia in particulari & in actu non potest agere contra eam; quod homo agens ex passione coacte agit; & quod homo in omnibus actionibus suis sequitur appetitum, & semper maiorem, quibus & quidam alii similes superiustescantur. Sunt quoq; plurimi similes, quos nec hic nec ibi oportuit recitare: Nonne & diligenter consideratis, & debite ponderatis premisi, & alii similibus pretermis videbatur.

B. id est, Almagesti Proleg. 2. sic ait. O quam bonum fuit quod Aristoteles diuisit theoria, cum eam in tria prima genera distribuerit, in Naturale, Doctrinale, & Theologicum; & dicto de Naturali, & Theologico; de Doctrinali, id est, Mathematicum sic adiungit. Hoc quoq; non parum valet ad duorum reliquorum modorum scientie comprehensionem, & principiis scientiae Dei excelsi. Ipsa namq; est scientia ad sciendum Deum altissimum propter rationem cum perseruatione & intellectu, quae & eius similia verè & manifestè significant Deum qui non alteratur, & non mouetur, & non est accidens; neq; est factus; quoniam ipsa, \* nostra scientia quam de ipso habemus altissimo, vicina existit, & quia ipsa est semper dicens ad ipsum. Preterea in actionibus quoq; & hoc est abutitur morum laudabilium non est eius necessitas patua; Imò nihil est ea magis adiuuans ad acuendos nostris mentis oculos, & intellectus ad considerandum ea, quae operibus assimilantur diuinis propter bonitatem moderatimis & parvitudinem arrogancia, & quoniam ipsa facit eum qui perseverante inquirit eam, hanc coelestem pulchritatem diligere, & ducit eum ad perseverantiam diuinis studijs, & coniungit eum ipsi, quod anime simile est propter bonitatem formæ, & assimilat eum creatori suo. Quare & Aucten. I. Metaph. 3. scribit ira, Ordo huius scientie, scilicet diuinis est, ut discatur post scientias naturales & disciplinaires; post naturales id est quia multa quae hic conceduntur ibi probantur; post disciplinaires vero id est, quia intentio ultima in hac scientia est cognitio gubernationis Dei altissimi, & cognitio singularum spirituum, & ordinum Angelorum suorum, & cognitio ordinationis in compositione circumorum, ad quam scientiam impossibile est peruenire nisi per cognitionem Astrologie; ad scientiam vero Astrologie nemō potest venire nisi per scientiam Arithmeticae & Geometricae. In his quoq; scientijs plurimum claretur filii Seth, Enoch, Noc, Abraham, Moses, Solomon, Daniel, & alii sancti Patres, sicut quampultes historiq; contestantur, sicut & ostensio 35. partis Corollarij primi prii aliquantum recitat. Nonne & Creator ipsi in exordio rerum dixit, fiant lumina in firmamento cœli, & dividant diem & noctem, & sint in signa? Annon & veritas ipsa dicitur, sunt signa Sole, & Lune, & stellis, & quis nescit signa ad signatum referri. Cur ergo per hæc signa non est iudicandum de eorum signatis? Nonne & Dominus ipse dixit, Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis nimbus venit, & ita fit, & cum Austrum planum, dicitur, tunc erit, & ita fit hypocrita, tacet cœli & terra, potestis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Luc. 12. & Mat. 16. facto vespere dicens, tunc enim erit, rebus mundis illi cœlum; & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum: Faciem ergo cœli dijudicare nos, signa autem temporum non potestis? Licer ergo & expedit per signa, inferiora & superiöra, de futura tempeste & intempeste, iudicare, ita namque iudicata temporum, non videtur Christus Autor temporum reprobari, sed potius approbare, sed in hoc specialiter ipsos redarguit, quod non potuerunt, nescierunt, seu noluerunt probare, nec dijudicare tempus seu tempora sui aduentus, aduenturae suorum. Quare & beatus Hieronymus super illud Matth. præmissum, sensus, inquit, manifestus est, quod ex elementorum ordine & consonantia possunt, & sereni, & pluviosi dies prænosciri. Historia quoque Scholastica tractans illad verbum Gen. I. præmissum, dicit, quod lumina cœlestia sunt figura serenitatis & tempestatis; quod & tractans beatus Basilius homilia sexta sui hexameron;

Necessitas,

A. Necesitas, inquit, humana vita, sicut longior usus docet, signorum vocationes & obseruationes inuenies; si tamen non amplius eas quam oporteret, inquiras: Multa enim super futuris imbris possumus dicere, plurima quoque de vaporibus terrarum, motibusque ventorum, seu per partes venientium, seu generaliter ubique spirantium, & vitrum violenter an placide sint venturi: Vnum inquit ex demonstrationibus habetur solis, quod ostendit nobis Dominus dicens, futuram tempestatem cum cœli caput igne rubore tristari, [supra de manœ Matthæi 13.] & infra, Horum igitur obseruatio quantum commeditatis impedit hominibus, quis ignorat? Possunt enim navigari intra portum retinere classem, futura pericula praevidebtes, viator item causus effectus ex cœli tristitia tranquillitas tempus expectat; Agricultores quoque seminibus & plantis solidam diligentiam commodantes, & memoratis intrasti signis opportunitatem congruam prestolantur: Siquidem solutiones etiam rerum omnium in sole, & luna & stellis videnda prodigia Domini prædicant, Sol conuertetur in nebras, & Luna non dabit lucem suam. Verum haec iudicia sunt mundanæ consummationis.

B. Historia.

História quoque Scholastica agens de ortu Iubilæi, sic ait; Abraham peritus erat astrorum, in quibus etiam secundum quoddam Zoroastrem Magice artis inuentorem, institutis; nonne tamque quod aëris intemperies que sit ex elevaris vel depresso Planetis semper usque ad quinquaginta annos ad temperiem reddit, & quod videt fieri in astris, volvi imitari in terris. An non & uirtus scientiarum huismodi videtur evidenter patere ex præcognitione, promotione, & repressione possibili virtutum & uirtutum moralium, & intellectualium, naturalium quodammodo, itut restauit hic prætermissa & trigesimum nonum primi. Quare & Phi- C. losophus 2. Eth. 10. inquirens quod ille unum extreum magis contrarietur virtuti in medio; ostendit quod in aliisque vnam, cuius causa est ex te ipsius in alijs vero aliud, cuius causa est ex nobis; & hæc duplex, generalis, & specialis: pro generali sic ait; Ad quæ enim ipsi magis natu sumus aliqualiq; hæc magis contraria media videtur, pura ipsi magis natu sumus ad delectationes, Ideo facilius mobiles sumus ad intemperiam, quam ad temperiam: pro speciali vero infra 11. dicit; Et intendere oportet & ad quæ & ipsi faciliè mobiles sumus; Alij enim ad alia apti nati sumus; Hoc autem erit notum ex delectatione & tristitia facta circuicis; In contrarium autem nos ipsos attrahere oportet; Multum enim abducentes, à pectando in medium venimus. Annon & uelut in scientiæ istius ostendunt præmissa 32. & 33. & 39. parte Corollarij primi, primi? Amplius autem quantam uitatem habeat affectio congregatio & disgregatio radiorum seu luminum, quis eruditus ignorat? Annon per studiū magisterium possent qualitates, conditiones & mores hominum, ciuitatum, atque regiorum mutari in melius & hrmani? per quod aliud magisterium posset id fieri? De quo in secundo prologo in Secretum Secretorum Aristotelis scribitur quod Alexander direxit suam epistolam ad Aristotalem sub hac forma, O Doctor egregie, rex totius, significo tuum prudenter me inuenisse in terra Persicis quādānti gentes abundares ratione & intel-

Plat. 4. 7. 7. 7.

Epistola A-  
lexandri ad  
Aristotem

D. Eu penetrabili, studentes super alios dominati, & regnum acquirere: Vnde nos proponimus occidere inimicos: quicquid super hoc decreueris, nobis significa tuis scripturis; & sequitur, Cui Aristoteles ita respondit; Si non potes mutare illius regnum aërem & aquam, in super dispositionem ciuitatum, impletum propositum si potes, & dominare super eos cum bonitate & exaudi eos cum benignitate; quod si feceris, fiduciam habeas cum Dei editio- E. nrio, quod omnes erunt subiecti ad tuum beneplacitum, & præceptum, & per amorem quem habebunt in te, dominaberis in eis pacifice cum triumpho. Alexander igitur accepta epistola suum adimpluisse consilium diligenter; & erant Perse magis obedientes suo imperio, quād omnes alia nationes. Nonne & Athanasius Philosopherij huius virtute, milie & vigesimo quinque annis astrui se vixisse, & alia mirabilia perfecisse, quod & alii simili- f. ter asseruerant? Nonne & de Mose Act. 7. scribitur ista modo, Eruditus est Moses omni sapientia Aegyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis, de quo & historia schola- sita super exod. regit, quomodo Moses nutritus in Aegypte transiit in Aethiopiam, & Aethiopis debellavit, & Pharis filiam Regis Aethiopum in uxorem assumpit, & quomo- do Moysi redire volenti ipsa nullatenus acquiecit, subiungit; Proinde tanquam vir, critus astrorum imagines scripsit in gemmis huius efficacie, ut altera memoriam, alia obliuionem conferret, cumque paribus annulis eas inseruisset, alterum, scilicet obliuionis annulum præ- buit uxori, alterum ipse tulit, ut sicut parvam amore, ita paribus annulis insigniretur: Capit ergo amoris viri mulier obliuisci, & tandem liberè in Aegyptum regressus est. Qui & sicut dicitur Hebrei, tradidit eis quantitatem mensis Lunaris, quo festa legalia obseruerent: His autem sicut eorum computus attestatur, est 29. dies, 12. hore, 793. puncta: Punctum autem est species mirabilis fractionis, scilicet 1/30. pars horæ, quod est 3. secunda, & 20. tertia, ita

Nota quoniam  
mensura  
mensis  
Lunaris.

K. quod

quod mensis Lunaris medius secundum Mosen continet, 29. dies 12. horas 44. minuta 3. A  
secunda, & 20. tercia; qui eius quantitatem melius & verius posuit, quam Abrachis, qui con-  
siderauit in Rodo; quam Proloemus, qui considerauit in Alexandria; quam Arzachel, qui  
composuit canones & tabulas secundum annos Arabum ad Toleatum; & quam multius; eum  
sequentes: Abrachis enim sicut recitat Proloemus 4. Almagesti 2. posuit quantitatem me-  
dij mensis Lunaris 29. dies, 31. minuta dici 50. secunda 8. tercia, 9. quarta & 30. quinta ter-  
cium autem minutum dici est 24. minuta hora; quoniam sicut dices ad suum minutum, ita ho-  
ra ad suum minutum igitur permutatum: quantitas ergo mensis secundum cum est, 29. dies,  
12. hora 44. minuta hora, tria secunda, quindecim tercia, quadraginta octo quarta fere. Pro-  
lomeus verum multum posterior Abrachis. 4. Almagesti 3. concordat cum eo in quantitate  
mensis in omnibus, exceptus quintis dici que pōnit praeclē 20. quantitas ergo secundum  
cum mensis Lunaris est in diebus, horis, minutis hora, secundis & tertius sicut prius & 44.  
quarta praeclē. Arzachel autem posterior istis multum videtur ponere quantitatem mensis  
Lunaris multo minorem, videlicet 29. dies 12. horas 44. minuta sicut tabula sua ostendat, B  
quod & videatur cum necessariō oportere, cum secundum eum in suis canonibus, & secun-  
dum omnes concorditer annus Arabum communis continet praeclē 354. dies, & quintam,  
& sextam dici partem; que sunt vnde dicuntur trigesimalē diei; trigesimalia autem diei cum sit dupla  
ad unum minutum dici, continet 48 minuta hora, sicut constat ex praemissis: Continet ig-  
natur talis annus 354. dies 8. horas & 48. minuta hora, cuius 12. pars, scilicet unus mensis  
Lunaris est, 29. dies 12. hora, & 44. minuta praeclē. Iste ergo diminuit à quantitate men-  
sis per Mosen posita vacum punctum, à qua etiam Abrachis, & Proloemus diminuerunt, sed  
non tantum. Qui & sibi ipsi repugnant, sicut ex quantitatibus medijs motus solis, & medijs  
motus Lunæ in vno die, quas ponunt extracto centro lunæ in die, & tabulato continet per  
60. dies, vel per 15. dies, & 60. horas, elicendo demonstrative quantitatē dimidij vel in-  
tegrī mensis lunaris medijs, cum in omni coniunctione & oppositione media centrum lunæ C  
sit nihil omnino, id est 12. signa praeclē, & ab omni coniunctione media ad oppositionem  
mediam & ē contra, pertinet, 12. signa praeclē, & ab omni coniunctione, seu op. positio-  
ne media ad proximam similem, 24. signa praeclē potest clarissimē demonstrari. Per quam  
viam recensim rectissimē incedendo estabili demonstratum quantitatem medijs mensis lu-  
naris contineo ad minus quantum posuit Moses & fortassis veteris aliquas fractiones, quod  
& moderni Astronomi co-sententur. Ex his autem evidenter apparet defectus lunationum  
& mensis lunarium in Calendario Latinorum, quibus Pascha, & festa Christianorum, mo-  
bilis reguantur, ex quibus & patet quomodo rectificari deberent. Et quis huiusmodi sci-  
entia non aduersus istarē rectificare præsumet, aut transire Calendarium Iudeorum ad usum fa-  
cilem Latinorum, & sic reducere Pascha Christianorum vi secundum statutum Concilij  
Nicæoni, & alia plurima plurimorum Partium situata semper fiat dominica sequente Pascha D  
Iudeorum; scilicet, aliquo die aymorum, videlicet 14. luna primi mensis lunaris usque  
ad 21. diem eiusdem, quod nunc, & à prima creatione Calendari Christiani frequenter con-  
tingit posterius, quandoque per 4. quandoque per 5. integras septimanas, quandoque  
autem contingit posterius semper per unum mensem, quandoque vero semper per duos, &  
ita deinceps, donec auras integer taliter transigant, & tunc reincipiet cum errore priore.  
Quis etiam huius ignarus scientia veraciter capier introitum solis in Arietem, æquinoctium  
que vernac, seu temporis verni principium, vi secundum exigentiam proximi plenum lunæ fiat  
Pascha secundum præceptum legis Deut. 16. in hæc verba; obserua mensem nostrum fru-  
gum, & verni principium temporis, vi faciat phasæ Domino Deo tuo. Salutem quoque  
diuidit insipiens ut patet 3. Reg. 3. & 2. Apoll. 1. tantam sapientiam, intelligentiam &  
sceniam recepit à Domino, ut nullus autem cum simili ei fuerit, nec post eum, de quo & 3.  
Reg. 3. scribitur, Dedit quoque Dominus sapientiam Solomoni, & prudentiam multam  
nimis, & præcedebat sapientia Solomoni sapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum,  
& erat sapientior cunctis hominibus. De quo & Iosephus octauo Antiquitatis Iudei-  
cae 20. dicit; quod Deus dedit ei intellectum & sapientiam, qualem nullus alter hominum  
habuit, nec Regum, nec priuatorum, ut etiam homines antiquos præcelleret, & nec Aegyptiis, qui sapientia omnibus differre dicuntur, comparatus, modicum vei minus esset; cu-  
lus vtique multum nimis sapientia præcedebat. Composuit autem libros 5. & 4. millia. Nullam  
namque naturam ignoratam inexaminataisque præterit, sed de omnibus Philosophatis  
est, & disciplinam proprietatemque carum eminenter exposuit, præstabilitate ei Deus  
vi etiam contra dæmones ad utilitatem hominum, & corum curas edificeret, & incantatio-  
nes instituit quibus & gemitibus tolent mitigari. Modos etiam coniurationum quibus ob-

A: stricti demones ne denudo te deant effugati, inuenit; & hinc cura haec tenus apud nos multum prececulere dignoscitur. Vidi etenim quendam Eleazarum de genere nostra, praesente Vespasiano & eius filii & Tribanis, aliquo tempore excoitu, curantem eos qui à Demonibus vexabantur: Modus autem medicinae non huiusmodi; Intulit naribus eius qui à demonio vexabatur anulum habentem subter nuncellum radiem à Solomoni monstratam; exinde dæmonium per narcs odorantis abstrahit, & repente cecidit homo. Postea coniurauit eam, iumentum obsecens Solomonis, ne ad eum denudo tecaret, id est canicula qua ille composuit, super eum edicens; volens satisfacere atque probare praesentibus Eleazarus hanc le habere virtutem, ponebarante eos aut calicem aqua plenum, aut peluum, & dæmoni impetrabat, ut hæc hæminum regulus esset; & videlicet præberet iudicium quid hominem reliquerit, quo facta sapientia Solomoni cunctis innocentibus. Daniel insuper ut patet Dan. 1. dicit excellenter omnem sapientiam, & scientiam Chaldeorum de celestibus & terrenis sicut

B. glossa testatur, qui ramen in corde suo proposuit ne pollueretur dementia Regis immundis vescendo: Vbi dicit Hieronymus, sicut recitat ibi glossa, qui de mensa Regis & de vino potius eius non vult comedere ne polluatur, utique sapientiam & doctrinam Babyloniorum, ut sciret esse peccatum, nunquam acquisiceret discere quae non licet; discutantem, non ve- sequantur, sed ut indicent atque connoscant; quomodo si quispiam adueretur Mathematicos relit scribere imperium Mathematicos risu patet; & aduersus Philosophos disputans si ignoret dogmata Philosophorum; Discutant erga ea menses doctrinam Chaldaicam, quia Moses omnem sapientiam Egiptiorum didicet: Qui & in Prologo in Esaiam sicut, Legant prius & postea despiciant; ne videantur non ex iudicio sed ex odio prelumptione ignorata damnari: qui etiam epistola 74. ad Minervium & Alexandrum Monachos, de resurrecione sic scribit: Meum proposuimus est antiquos legere, probare singula, quae bona sunt, & a fide Catholica Ecclesiæ non recedere: Secundo quoque his isto facti.

C. *Et hoc modo, quod Dionysius Episcopus ita dixit; Ego & tractatus hereticorum lego, & traditiones eorum perfutor, cu[m] videtur ad literam, verbis eorum pollui; sed & multum mihi confert hoc ipsum, quod ex eorum verbis arguere eos possum: denique cum aliquis ex fratribus cum presbyteris m[ea] lectionibus talibus prohiberet, diuina me visio confirmavit, evidenter proloquens in hunc modum; Lege omnia quaeunque in manus tuas peruenient, quia probate quaeque & dictatores patres, quandoquidem extinxit heretici fuit causa credendi: amplexus sum visionem quae & Apostolica sententia concordabat dicenti, Omnia legitur, quae bona sunt tenere. Illa quoque Autoritas superscripta Hieronymi super Daniellem cum multis similibus; dist. 27<sup>a</sup> in canone recitat. Vnde & Augustinus s. Confess. loquens de quadam heretico Manicheo, qui se Spiritum Sanctum haberet, & scire omnia impetrans asserebat, sic ait; Non patni se & stimari voluit, sed Spiritum Sanctum consolatorem & dictatorem fidelium tuorum, autoritate plenaria personaliter in se esse possideret consuevit.*

V per ludum conatus est. Itaque cum de cœlo ac stellis, & de solis ac luna mortibus falsa dixisse reprehendetur, quamvis ad doctrinam religionis istam non pertineat, tamē auctos eius sacrilegos fuisse satis eminetur, cum ea non solum ignorata, sed etiam falsa tamē vel falso superbia vanitate dicere, ut ea tanquam diuinæ personæ tribuere sibi intercederet. Scilicet & ego quādam famolam maleficam, qua in quadam eclipsi lunæ quam apud cœtates plurimi mirabuntur iuxta opinionem lacrimarum paratum eclipsi accidere ex maleficio alcius ierilege, dixisse vicinam, Ecce qualem potestatem habeo super lunam. Nisi permisentis me in pacem, & satis feceritis de contumelij & opprobrijs mihi illatis, tollam à vobis lunam, stellas, & solem, ac cœli beneficium vniuersum; Cui duxeram respondere, quod faceret sic de luna nocte proxima, aut mense proximo, vel sequente, aut faceret sic de sole in crastino, aut aliquo die septimanae sequentis, vel saltu quod dicere, quando proxime sic faceret de luna, vel sole.

veritate, & quantum partem auferret, à qua parte inciperet & quādiū duraret huiusmodi  
E p[ro]p[ri]o alterius luminis, & omnes faceremus sibi in omnibus quicquid vellet: si autem,  
ego dicere ei, quando stūdū similiter contingenter circa lunam & solem, quanta pars lumi-  
nis tolleretur, ex ea parte inciperet celeritatis, & quādiū duraret celeritas etiam ipsa luna,  
& cum cunctis suis maleficijs teniente, que non potuit respondere. Apud Eudoxos autem  
a tempore Moysis fuerunt septuaginta ordinarii Iudices, praeципiente Domino p[ro]p[ri]o Mōsem;  
Congrega milii septuaginta viros, &c. Num. xi. imo secundum Taliitudinem eorum septuaginta  
vniuersitas, quia talera auctorum Mōses cum illis septuaginta constituit. De his verò Iudici-  
cibus & gentiis eorum, est vnuis liber, qui vocatur Hebrei Sanhedrim, id est Iudicium Or-  
dinariorum, in quo scribitur isto modo: Non erant confluentes in Sanhedrim, sed in  
ordine seu officio septuaginta, seu septuaginta vniuersis Iudiciorum, nisi dominos.

sapiens statuta, apparentia que senectus, & Dominos incantationum atque sceleras A septuaginta linguis, ne oporteat eos audire ab ore interpretis: statuta, & apparentia requirebatur ut haberentur in reuerentia; & quod essent Domini incantationum, ut convincenter & occidenter incantantes suac maleficis in suis incantationibus & maleficijs confidentes. Hec autem non sine causa digrediendo paulisper sufficiat breueriter tetigisse.

## C A P. IV.

*Quod liberum arbitrium tentatum non potest proprijs viribus sine Dei auxilio & eius gratia tentationem aliquam superare.*



II 39°.

Argyfciatis

Stenso iam proximo quod nulli causa secunda, nec vila temptatio potest necessitate liberum arbitrium ad rationalem & liberum actum suum; restat non impertinenter ostendere, quod liberum arbitrium, temptatum, non potest proprijs viribus sine Dei auxilio & eius gratia temptationem aliquam superare. Oppositum enim huius superbus Pelagius astruebat: Dicit enim quod homo solus liberti arbitrij viribus potest perficere Dei mandata; sicut tertii primi plenus recitat: in fine quoque libri Beat. Profperi pro predicatoribus gratia Dei contra Castianum, vbi recitatur 13. erros Pelagi; duo huius profertenur. Non esse liberum arbitrium si Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnuquisque facere aliquid, aut non facere, & victoriam nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio. Hoc idem testatur Concilium Milcitanum, cui interfuit Augustinus & Anselmus Ecclesiæ Romanæ legatus contra Pelagianos, in quo scribitur isto modo. Placuit omnibus Episcopis qui fuerunt in hac sancta Synodo, constituere hoc quæ in presenti Concilio definita sunt; & sequitur; Placuit; ut qui dixerit gratiam Dei qua iustificatur per Iesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam committuntur, non etiam ad adiutorium ut non committantur, anathema sit; & recitat in canone de Confessione dicit. 4. in fine. Vnde & Augustinus 1. contra Pelagium & Cælestinum, de gratia Christi, & de peccato Originali 23. scribit in libro ad virginem sacram scilicet Demeteriadem; cum dicit diuinam mereamur gratiam, ut facilius nequam spiritui, Sancti Spiritus auxilio resistamus, significat profecto quid sapiat; ut quid enim hoc verbum interposuit, illud est facilius? an vero non erat integer sensus ut nequam spiritui, Sancti Spiritus auxilio resistamus? sed quantum derrimentum hoc addidicaro fecerit, quis non intelligat? Volens vique creditantas esse naturæ vires, quas exollendo precipitat, vñ etiam sine auxilio Spiritus Sancti, & si minus facile, tamen aliquo modo nequam spiritui resistatur. Istè igitur error Pelagi, licet per iam dicta videatur destructus; potest tamen ex abundantia per alia alter, & non inutiliter destrui & conuinci: Omnis namque temptationem vel excitat ad agendum prohibitum, vel retrahit ab agendo preceptum; quare & omnis temptatione proprijs superatur, vel à prohibito quiescendo, vel preceptum agendo. Sed nullus potest agere sine Deo agente, sicut tertium, & quartum primi ostendunt; nec aliquis potest ab agendo quiescere sine Deo quicquid eius causando; si enim quiescere sit agere patet per predicta; si vero sit purè non agere, pater per 10<sup>o</sup>. & Collatione 1. primi libri. Item per 22<sup>o</sup>. primi, quemlibet temptationem Deus necessariò vel vult superare temptationem, & tunc per 10<sup>o</sup>. eiusdem insuperabile auxilium, fert temptato, vel non vult ipsam superare, immo vult ipsam non superare, & tunc per idem 10<sup>o</sup>. nullatenus superabit. Vel arguitur hoc modo: Ponat falsarius temptationem suæ Dei auxilio superare; tunc per 22<sup>o</sup>. primi, Deus haber actu voluntatis circa illud superare; vel ergo volitionem vel nolitionem, si volitionem, ergo per 10<sup>o</sup>. primi insuperabile auxilium dat temptationem, si nolitionem, ergo per idem 10<sup>o</sup>. nullatenus superare temptationem. Alter breuius: Temptatus superaret; verum est ergo temptationem superare; quare & per Collationem 22<sup>o</sup>. primi Deus vult illum superare, &c. sicut prius. Nec potest quis fingere; quod temptationis prius natura alter superaret, & ideo post naturaliter Deus vult ipsam superare, sicutque illa quæna volutio non facit temptato auxiliari, quia per 22<sup>o</sup>. & 24<sup>o</sup>. primi illa volutio est

extrema

## C A P. 4.

## De causa Dei.

473.

A tercia, & per vigesimum & vigesimum-primum, eiusdem illa non causatur ab huic separare. Item talis victoria placet Deo, ergo approbat & vult illam, & non yolutione nouella, nec causata posterius à tali victoria, vt proxima est argumentum, sed prior illa externaliter tempore & natura, vnde dicendum octauum primi cum tribus sequentibus manifestat: ergo per decimum primi ipsa est auxiliatrix insuperabilis superant. Item alias non omnis temptati victoria efficit à diuina prouidentia præstitura, sed aliqua dimitteretur casu & fortuna contra vigesimum septimum primi, & alia que sequuntur. Item per trigesimum primum primi, victoria corporalis sub diuina prouidentia continetur, sed Victoria spiritualis melior est quam illa, ergo per trigesimum primi, ita sine diuina prouidentia esse non potest. Itero omnes rauones & autoritates probantes victorianam corporalem dari à Domino, probabant idem de Victoria spirituali: Omnia namque scripta de Victoria corporalibus in veteri testamento, spiritualibus Victoria praesuguntur. Nam secundum Apostolum primus ad Cor 10. Omnia in figura contingebantur, sicut trigesimum primum primi plenus per tractavit. Vnde & Gregorius, & allegatur in Canone 23. quæsione prima: Nisi bella, (sic ait) Nisi bella ista catenaria figuram bellorum spiritualium gererent; nunquam vt opinor Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in Ecclesiis fuissent ab Apostolis traditi. Item resistere majori temptationi est maioris virtutis, & minori minoris, ergo quantumlibet parua resistere est alius virtutis: sed nulla virtus quicquam potest sine Domino virtutum, qui est virtutum omnium prima virtus, sicut 2<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup>. & 4<sup>o</sup>. capitulum primi doceat, quod & Psalmista fideliter protestando dicebat Psalm 132. Domine, Domine, virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die bellum tradas me Domine à desiderio meo peccatori; & Psalm 59<sup>o</sup>. Da nobis Domine auxilium de tribulatione, quia vanus falso hominis; in Deo faciemus virtutem; & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos, qui & Psalm 32<sup>o</sup>. magis expresse: Verbo, loquitur, Domini celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum; Vbi Augustinus tractat primus per Coelos intelligit iustos; & tractatu tertio ita dicit; Non habuerunt aliquid ex se, & tanquam supplementum à Domino percepunt: Spiritu enim oris eius, non pars, sed omnis virtus eorum; & infra eodem tractatu tertio, dicit, quod Cœli sunt Apostoli, & loquens eis quasi ex persona Domini, ita dicit; Ecce ego misericordia vestra inter lupos: Iam ergo armate vos virtute propria? Abistis; immo nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabit enim vobis ipso illa hora quid loquamini; Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis, quia spiritu oris eius omnis virtus eorum. Item cum maiori virtutis & difficultatis existat magna temptationi resistere, quam elicere paruum actum; si quis sit Dei auxilio potest hoc maius, potest & hoc minus, contra 3<sup>o</sup>. & 4<sup>o</sup>. Capitulorum primi libri, & contra Augustinum proxime allegatum. Quare & Gregorius 22. Moral. 9. super illud Job 31. Si letatum est, &c. & osculatus sum manum meam, &c. Sancti, inquit, viri sciunt se non virtute propria, sed preueniente superna gratia ad meliora vota vel opera commutatos, & quicquid in felicitatem inspicuerunt, immortalis gratia cognoscunt donum, et que de accepto munere debitores sunt, qui & preueniendo debet eis bonum velle, quod noluerunt; & subsequenter concessum bonum posse quod volunt. Vnde bene per Ioan. dicitur, Adorauerunt viuentem in facula seculorum, mittentes coronas suas ante thronum Domini: Coronas namque suas ante thronum mittere est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori; ut ad illum referant gloriam laudis, à quo se scient vires accepisse certaminis: Beatus ergo Iob qui sic bona quæ operatus est, nascit, ut tamen hec sit operationi non tribuat, sed ad Autoris laudem recurrat; manum suam ore suo se osculatum fuisse denegat, ac si patenter dicat: Ego mea opera tanquam mea non profero, quia auctori sui gracie negare conuincitur quicquid sibi tribuit, quod operatur: Vnde & protinus subdit, quod est iniquitas maxima & negotio contra Deum altissimum. Liquet enim quia illum negat cuius despœcta gratia sibi vires boni operis atroget, quod recte quoque & iniquitas maxima vocatur; quoniam omne peccatum quod ex infinitate est, spem nequaquam perdit, quia à superno iudice venientia requirit; præsumptio autem virtutis propriæ tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate, cumque vires sibi tribuit operis, ad adiutorium non recurrit: Auctori. Quare & Augustinus super Ioannem partem primam, & homilia 53<sup>o</sup>. recitans duplēm hæreticam scribit: Quod si nimis voluntatis sua fiducia extulit in superbiam, & quod si nimis voluntatis sua diffidentia deiecit in negligiam: Illi dicunt, quid rogamus Deum ne vincatur temptatione, quod in nostra est potestate? Iti dicunt, ut quid conatur bene vivere, quod in Deo est potestate? O Domine, O Pater qui es in ecclesiæ nos inferas in quamlibet istarum temptationum; sed libera nos à malo: Audiatius dominum dicentem, Rogau pro te Petre, ne fides deficiat tua: Ne sic existemus fidei nostram

Augustinus

Gregorius

Augustinus

R 3

nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non egeat adiutorio. Audiamus & Evangelistam. A dicit enim, deus est potestatem filios Dei fieri, ne omnino exstiteremus in nostra potestate non est quod credimus; verum tamen in utroque illius beneficia cognoscamus: Nam & agenda grata sunt, quia data est potestas, & orandum ne succumbat infirmitas. Ista est fides quæ per dilectionem operatur, sicut eius mensuram Dominus cuique partitus est, ut qui gloriantur, non in seipso, sed in Domino gloriantur. Item si homo posset propriis viribus sine gratia Dei & Deo temptationem aliquam superare, posset similiter peccata nondum commissa vitare, quod est heres Pelagiani teste Augustino, de gratia & libero arbitrio 29. Dicunt, inquit, scilicet Pelagiani, gratiam Dei quæ data est per fidem Iesu Christi, quæ neque est lex, nec natura, ad hoc tantum valere ut peccata præterita dimittantur, non ut futura ventur, vel re-pugnantia superentur: sed hoc si verum esset, vtique in oratione Dominica cum dixissimus, Dimittite nobis debita nostra, sicut & vos dimitimus debitoribus nostris, non adduceremus. Et ne nos inferas in temptationem: Illud autem dicimus ut peccata dimittantur, hoc autem ut caueantur, sive vincantur, quod à Patre, qui in ecclesiis est, nulla ratione pereveremus, si virtute voluntatis humanae hoc possimus efficiere: Et 4<sup>o</sup>, contra Julianum, 26. Verum tu à vestro dogmate non recedis, quo putatis gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, sic in sola remissione peccatorum vestarum, ut non adiuvetur ad vitanda peccata, desideria vinceris a carnali, diffundendo charitatem in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui ab illo datus est nobis. Concilium quoque Milvianum recitatum superius dicit idem: Et si quis dixerit, ista debet sic accipi, quod per gratiam facilius possunt vitari peccata, conuincitur per idem Concilium, & per alia testimonia falsis authenticis recitata 39<sup>o</sup>. primi. Si autem quis fixerit, ideo gratiam esse necessariam ad vitanda peccata, quia facit hominem cognoscere peccata, & discernere inter peccata & non peccata, qua discretione per gratiam habita; per liberum arbitrium potest ea vitare, reuinetur per idem Concilium, & alia testimonia codem 39<sup>o</sup>. capitulo recitata. Adhuc autem fortasse aliquis tam effronter proteruerit ut dicat gratiam quæ est necessaria ad vitandum peccata esse liberum arbitrium homini gratis datum, ut sciat reprobare malum, & eligere sibi bonum: Sed & iste Pelagianus refellitur per præhabita, capitulo memorato. Amplius præter istas est alia falsigraphia quæ sibi videtur subtilior, asserens tantum illam gratiam Dei necessariam homini ad vitanda peccata, quia sic temperat temptatoris potentiam, ut non permittat ipsum temptare quemcumque supra id quod potest propriis viribus sustinere: Hac autem subtilitas hereticæ vanitatis statim retunditur malleo catholicæ veritatis. Supponit enim quod aliqua causa inferior, vel secunda posset necessitare liberum arbitrium ad volendum contra 3<sup>o</sup>, huius 2<sup>o</sup>. Item tunc liberum arbitrium posset esse ex naturalibus suis tam potens, & temptator tam impotens, quod ista gratia nullatenus indigeret, quia quantumcunque Deus <sup>ii</sup> ipsam dimiserit et tenet, liberum arbitrium viribus propriis vires illius excederet; quare sic temptatus ad superandam temptationem huiusmodi, & misericordem quamcumque nulla Dei gratia penitus indigeret, contra præmissa hoc codem Capitulo. Item Christus secundum animam humanam excelsabat in naturalibus, ut rationabiliter creditur, excellentissimum Angelorum; & similiiter beata virgo glorioissima mater eius, & fortissima aliquis alius, nec dubium quia Deus posset talem creare; posset ergo beata virgo & talis creatus fortitan vel creatus omnem Diabolum propriis viribus sine aliqua gratia superare, quare & mundum & carnem facilius: Non enim est super terram potestas quæ comparatur ei, Job 4<sup>o</sup>. Item iste fuit implicitè error Pelagi, & explicitè cuiusdam Pelagianorum, scilicet Cassiani in libro suo prænotato de protectione Dei, in quo sicut recitat sanctus Prosper in libro suo prædicatoribus gratiae Dei, corpora dictum librum Cassiani, 25. 12. definitiones ponebat, quarum tantum prima fuit catholica, reliqua vero yndecim heretica & Pelagiana veneno prægnantes, in quarum decima ut recitat Capitulo codice 2<sup>o</sup>, & 20. ita scripsit: Quod etiam in lob probatissimo athleta suo, cum eum Diabolus expeditet ad singularē certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam: Si enim contra inimicum non sua virtute sed Dei solius fuerit gratia protegente congressus, & absque illa virtute patientia sua, diuina tantum opitulatione suffulsum, multiplices illas & tota inimici crudelitate quæ sit temptationis moles & exitia perculsius, quomodo non illam calumniosam diabolus quam prius emiserat vocem aduersus eum iustius iterasset. Nunquid Job gratias colit Deum? Nonne tu vallasti eum, & vniuersam substantiam eius per circuitum? Sed aufer manum tuam; hoc est sine eum suis mecum viribus decertare, nisi in faciem tuam benedixerit ibi: sed cum nullam huiusmodi queremoniam calumniosus hostis post conflictum audeat iterare, non Dei sed illius se videntem viribus constitutus, licet etiam Dei gratia non in totum desuisse credenda sit, que tantam temptationi tribus potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere virtutem,

non

A non eum. b illius impugnatione sic protegens, ut nullum virum humanæ relinquenter locum, sed hoc ratiū procurans, ne violentissimus inimicus animam eius amentem faciens, & impotem sensu, impari eum, atque iniquo certaminis pondere praegravaret. Contra quod Prosper codem capitulo 20. multis opositis inter cetera ita querit: Cur iniustissima veri Propter ratis arce deferta, gradatim ad præcipitum Pelagiana decurrat, ut remoto longius Deo, & à sustentatione hominis separato, tantam libero arbitrio potentiam tribuis, ut non solum amissionem multipliciter facultatum, & rotis simul familiæ ac necessitudinum acerbissimum lumen constanter equanimitateque suscipiat, sed & ipsius quoque corporis proprii inestabiles cruciatus proposito nude voluntatis cuiuscet: Quicunque ergo sic dixerit præcipitu Pelagiano dilabitur. Item arguit contra eum quia dixit Job gratia Dei protectionem in temptatione minori, scilicet in ammissione exteriorum bonorum, & non in maiori, scilicet in afflictione proprii corporis, animaque tormentis; quasi, inquit, virile in damnis atque arbitraribus debetur superius protectione circumvegi; in carnis autem sua animaque tormentis non egredit adiuvari. Et iterum, si magnitudine animi, qua illata per singulos omnesque artus mortis poena non superacutius plus inter sanctorum palmas memorabilius, nulius inuenitur illustrius, eamque afferit ex humana tantum virtute subsistere; quid erit laudes ac meriti quod inter studia quietis & pacis nequeat arbitrii obtinere libertas, quam in tanti fine certaminis de suis viribus coronassi. Item arguit contra eum, quod habuit gratiam Dei qua vicit, quia habuit Spiritum Sanctum & Deum quo vicit: Vnde sic dicit: Quero ergo abs te, videoturne tibi vir ille, cum illis quæ legimus supplicijs probaretur, habuisse in se Spiritum Sanctum? si habuisset dicens, certum est, quia Deus quem non deseruit, adiuvat; si autem recetiffisse ab eo Spiritum Sanctum dixisset, propheticus te ciuidem sermo conuincit dicens, Scio enim quod redemptor meus vivat, & in nouissimo die de terra surrexerit sem, & resum, Circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspicuntur sunt, & non aliis: Reposta est hæc spes mea in singulo meo: quod si de Incarnatione Domini nostri Iesu Christi, ac resurrectione eius qui est primus dormientium, & despe redēptionis quod in ipso reposta est omnibus sanctis, restè intelligitur prophecatum, manifestè apparet non discessisse à templo suo gratiam Dei, & fecisse iam tunc dominium in hoc sancto suo, quod postea in Apostolis, & Martiribus suis spondebat esse facientem, dicens: Cum autem tradent vobis, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini; Non enim vos estis qui loquamini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: Et infra eodem ait, Nesciebat ex illo se haber quod habebat; sed ait, Apud ipsum est sapientia & fortitudo; ipse habet consilium & intelligentiam, de quo dicit; In cuius manu anima omnis viventis, & spiritus voiuersis carnis hominis: Et iterum, Operi manuum tuarum porrigit dexteram; tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis; signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam: Non ergo deseruerat Dominus quem curabat; neque opem suam abstulerat ab eo, cui purificatoria remedia quibus clarius nescierat, admouebat. Et capitulo 21<sup>o</sup>. quod autem dicas gratiam Dei ad lob ex eo intelligendam non penitus receperisse, quod temptator eius tantum dederat potestatem, quadram & illum resistendi nouera; habere virtutem; nonne rectius veraciusque loquereris, si vbi dixisti quaram & illum resistendi nouera; habere virtutem, dices portis quantam & illi resistendi nouera; se decaisse virtutem: In eius enim verbi correctione totam istam gloriam, quam humanis viribus assignare voluisti, sobrietate aliqua temperares; ut illa mirabilis in tanta afflictione patientia, & Dei adiutorio, & libero hominis acerbiteretur arbitrio; sed verius ex naturæ humanæ minore laudem, si ei profitearis à Deo datam esse virtutem: Ideo confititus illius atque victoria non vis credi Deum cooperatorem fuisse, sed tantummodo spectatorem, ut cui persuadere poteris per naturalem liberi arbitrij facultatem tam arduum certamen vietum, dubitare non audiat in levi-oribus causis, multo libiores esse bona voluntatis effectus, atque ita in illius damnatione sententiæ fouetem cadat, quia dicitur à Deo nebis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, &c. sicut 39<sup>o</sup>. p. mihi plenius recitauit. Et 25<sup>o</sup>. capitulo recitata ista 1<sup>o</sup>. definitione Cassiani, Prosper ipsam redarguendo subiungit; Si Deus sciret manum modo quod Job posset, non etiam donauit, ut posset, testis patientie eius non auxiliator fuit, & in quo erit necessarium gratia adiutorium, si humanis solis viribus tantum illi est pars victoria? Item in fine libri, vbi recitatur 13<sup>o</sup>. capitulo Pelagiani hereticis in Palæstina synodo condemnata; istud ponitur 12<sup>o</sup>. victorianum nostrum non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio: Tredicim vero capitulorum sequentium contra predicta 13. condemnata; in eadem synodo sancitorum 12<sup>o</sup>. ita dicit, ut fateatur

ter quando contra temptationes concupiscentialesque illicitas dimicamus, quoniam illuc debemus & propriorum voluntate, non tamen ex illa, sed ex adiutorio Dei nostri victoriam: A Non enim aliter verum est, quod Apostolus ait, Non volentis, nec currentis, sed militantis est Dei. Dicit adhuc fortissim Pelagius procuratus, primita sic debere intelligi, quod gratia Dei est necessaria homini ut temptatione meritiori supereretur, & peccatum meritiori caueatur, non autem ut temptatione supereretur simpliciter, ut peccatum simplicitate caueatur: qui refelleret similiter, sicut similes vanoquam refellebat 39<sup>um</sup>. primi. Item quomodo eudet iste sententiam Palestinae synodi memoratam, in qua praeter illa qua quomodo potuit, auctor est defensare Pelagus, obiecta sunt sibi, 13. capita memorata dampna, que nisi remors omni tergiuersatione anathematizet, ipse anathema factus esset, & quomodo iste se ab omni tergiuersatione purgabit? Et de 13. capituli memoratis facitis, sic dicitur; Hec omnia simpliciter sine vobis fateatur ambagibus, si quis in autoritatem catholicam & ipsius Pelagi expressa in Ecclesiastis gessis verba consentit: sed quomodo iste hoc facetur simpliciter, & sine vobis ambagibus, qui diffringit, & negat simplicitatem duodecimum capitulo iam premissum, scilicet quando contra temptationes & concupiscentias dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adiutorio Dei nostri esse victoriam? & vix cum ambage extranea gloria omni intellectui dissonae confitetur, quod Victoria temptationum meritior est a Deo, cum neutrum capitulo nec damnorum scilicet, nec sanctum aliquam mentionem fecerit de Victoria meritior, sed tantum plane loquatur de Victoria absoluta: Nec ille est communis modus loquendi nec intelligendi, sed sicut est communis loquuntur de Victoria absolute, sic est & communis iudeicio de Victoria absolute, quare & sic accipiendo sum huncmodi dicta semper, sicut plenius docuit quadragesimum lexum primi. Item si aliquis sine gratia posset temptationem propriis tantum viribus superare, licet non meritiori, sic posset gratia constitutus (Gratia enim non impedit naturam sed promovet) posset ergo gratiosus sine gratia vel Deo iuvante propriis tantum viribus temptationem superare, sicut prius potuit, quando fuit gratia constitutus, vel sicut potest aliis gratia Dei carent: Posset ergo gratiosus omnia pati & facere pro temptationibus superandis & peccatis vitandis nihil penitus prometendo cum absurditatibus aliis contra similem fictionem deducit 39<sup>um</sup>. primi. Item tunc posset homo sine gratia sicut non meritiori vitare peccatum quod est contra Augustinum de gratia & libero arbitrio 2. vbi dicit, Quando cognoscit homo peccatum, si non adiuice gratia ut cognitionem caueatur, sive dubio lex iram operatur, ergo & peccatum, imo secundum Apostolum 2. ad Cor. 3. litera occidit, spiritus autem viuificat, id est, secundum Augustinum per totum librum iuvum de spiritu & litera qui totus est expostorius huius dicti, litera legis prohibebat peccatum, occidit per peccatum mortale constitutum sub lege nisi spiritus gratiae viuificans inuenit eum: Vnde idem Apostolus ad Rom. 7. Peccatum, ut appareat peccatum per bonum, id est, legem, operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Vnde Augustinus de spiritu & litera 3. Attende, inquit, Apost. ad Rom, explicantem quod scripsit ad Corin. Litera occidit, spiritus autem viuificat, sic manus accipiendo, quemadmodum supradiximus; quoniam legis litera, que docet non esse peccandum, si spiritus viuificans desit, occidit: sciri enim facit peccatum potius quam caueri, & ideo magis augeri quam minui, quia malitia concupiscentiae etiam pruaricatio legis accidit, & ideo dicit 25. propositione sententiarum Prospere hinc excetta. Item Beta. de gratia & libero arbitrio 20. Inter diuinum spiritum & carnis appetitum, tener medium quendam locum liberum arbitrium, & tanquam in deuexo latere montis admodum ardui inter virumque pendens, ita in appetitu, infirmatur per carnem, ut nisi sedulo spiritus adiuverit firmamentum eius per gratiam, non solum non valeat iustificari, quod est iuxta Prophetam sicut montes Dei, ascendendo de virtute in virtutem apprehendere culmen, sed etiam de vicio semper in virtutem suo ipsius pondere devoluta ruit in præcepis: de multis autem similibus sufficiente ista pauca. Et si quis objiciat, quod superbis temptatus de furto potest resistere, fur temptationis adulterie potest resistere; adulteri temptationis de homicidio potest resistere, & quod multi infideles scilicet morales Philosophi multis temptationibus sine gratia restiterunt, & illas strenue superarunt: Dicendum quod gratia accipitur multis modis, sicut 25<sup>um</sup>. & corollarium 42<sup>um</sup>. prius docebar. Ad propositorum autem cum dicuntur, nullum temptationem posse sine gratia Dei temptationi resistere, vel ipsam superare, seu vincere; intelligentur gratia gratis iuvans, scilicet Spiritus Sanctus, & quodcumque adiutorium inceptum vel creatum, quod gratis iuvat temptationem, vel gratis datur temptationi ut temptationi resistat, supereret, sive vincatur; & hoc patet per illud; quod a beato Prospere superius allegatur. Probans enim quod Iob non propriis viribus, sed Dei gratia superavit, ostendit quod habuit Spiritum Sanctum in eo, qui ipsum

A ipsam adiuuit, & gratiam illam quandoque votat Spiritum Sanctum iuvantem, quandoque gratiam Dei, quandoque adiutorium Dei, quandoque Deum seu Dominum adiuuantem, & vivunt his omnibus pro codem; sicut loquuntur synodus Palestina in deobus capitibus allegatos: Damnam enim capitulum Pelagi, quod dicebat victoram nostram non esse ex Dei adiutorio, sed ex libero arbitrio, & sanxit aliud capitulum quo docetur, quod quando contra temptationes & concupiscentias illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, sed ex adiutorio Dei nostri victoriam. Item Augustinus de gratia & libero arbitrio 9. recitat scripturam liberum arbitrium sic mouentem, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum, & addit, Quod tamen ut fiat, adiuuat gratia, que nisi adiuverit, nihillex erit, nisi virtus peccatis. Et ideo dicit Apostolus, Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, ergo & victoria qua peccatum vincitur, nihil est aliud quam dominum Dei in isto certamine liberum arbitrium adiuuantem. Sancta quoque Scriptura sub talibus nominibus, adiutorium, fortitudo, virtus, firmamentum, salus, & huiusmodi, quandoque intelligit ipsum Deum adiuuandem; fortificantem & cetera facientem quandoque verò non ipsum Deum, sed talia dona Dei, sicut de vita que intelligentia simili Eccles. 34. pulchre scribitur in hac verba; Oculi Domini super timentes eum, protector potentia, firmamentum virtutis, regimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecationis, & adiutorium calus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Quod autem sub talibus nominibus intelligantur talia dona Dei, patet copiosissime in Scriptura; quod etiam sub talibus nominibus intelligantur aliquoties Deus ipse, patet per Psalmistam Psalm. 17. sic dicentes; Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus Psalmus. firmamentum meum & refugium meum, & cornu salutis mei, & multa similia occurrant se pellit in Psalmis; & alibi in Scriptura: & quia Deus tam multipliciter gratia se praebet hominibus, & tam multipliciter dona hominibus gratis datur, hoc omnia gratiae nomine videntur. Patet ergo quod & quomodo nullus temptatus solius liberis arbitriis viribus sine gratia Dei & eius auxilio potest temptationem aliquam superare.

## C A P. V.

*Quod liberum arbitrium, quantacunque gratia creata suffultum, sine alio Dei auxilio speciali non potest temptationem aliquam superare.*

B His autem quid conuenientius quam monitare, quod liberum arbitrium quantacunque gratia creata suffultum sine aliquo Dei auxilio speciali, non potest temptationem aliquam superare. Hoc huiusmodi euidenter demonstrant proxime iam præmissa. Quod etiam clare patet ex Corollario 41<sup>um</sup>. primi. Præterea, aliter viator reprobatus finaliter, praesentia hinc tamen existens in gratia quantacunque possit per se, sine alio Dei auxilio superare quamcumque temptationem de peccato mortali, vel aliquam certainam datam quod si fecerit morietur in gratia; & erit prædestinatus ad vitam; sicutque aliquis reprobatus ad mortem posset ex operibus prædestinari ad vitam: imo & reprobatus posset facere se prædestinatum ad vitam contra 43<sup>um</sup>. primi libri. Hic semel audiui quandam respondere dicendo, quod nullus potest facere se prædestinatum, potest tamen aliquis facere, quod sit prædestinatus, id est, secundum eum potest facere aliquod quod factu ipse prædestinatus erit ad vitam. Hac autem responsio peccat in deobus; primò in hoc, quod mitigat separare, quod separari non possunt, scilicet quod quis faciat se prædestinatum, & quod faciat, quod sit prædestinatus: Si enim faciat quod sit prædestinatus, hoc est per aliquod meritum, & id est causa totalis, vel causam partialis efficiens quod sit prædestinatus, quia scilicet per illud meritum mouet & excitat Deum ad ipsum prædestinandum: ergo illud merum est simili causam faciens, mouens & excitans ad ipsum esse prædestinatum, ergo simili facit se prædestinatum, ergo simili facit se prædestinatum. Peccat secundo, dicendo quod quis potest facere quod sit prædestinatus, id est, secundum eundem, potest facere aliquid quod factu ipse erit prædestinatus: Nam ille causatus quo factu, vel significat ab causam prædestinatio- nis, vel ordinem prioris ad posterius, vel nec causam nec ordinem, sed aliquid dispositum; si causam, ergo factum suum est causa prædestinationis diuina contra 43<sup>um</sup>. primi libri; si or- dinem,

dinem, ergo post illud factum est prædestinatus, & prius non fuit, ergo prædestinationis est temporalis, & quotidiana, non eterna contra quadragesimum secundum capitulo primi libri fratris diatribatur, ergo ad ratione canis posse facere quod quis sit prædestinatus: Potest enim canis facere aliud, vel latrare quo facto aliquis homo erit prædestinatus, sicut eternitas agere fuit. Hic adhuc responderet, dicendo divisionem priorem esse insufficiens & additum quartum membrum, scilicet: quod in ablativo // signat ibi effectum prædestinationis, & hoc modo exposuit dictum suum: Aliquis potest facere quod sit prædestinatus, quia potest facere aliquid: quo aliquid, quo facto ipso sit prædestinatus, id est, quo facto sequitur tranquam ab effectu ad causam, & à posteriori ad prius, quod ipse sit prædestinatus. Quare & consequenter dicendo habet concedere quod potest facere Deum esse, vel quod Deus sit, & mundus esse vel quod mundus sit: Potest enim facere aliud quo facto sequitur fuisse ab effectu ad causam, & à posteriori ad prius, Deum autem duni esse, vel quod Deus sit aut mundus: item eadem ratione habere concedere quod potest facere prædestinatum, quia potest facere eius effectum. Si autem dicatur, quod ille ablationis est absolutus, & potest exponi tripliciter, scilicet per si, quia, vel dum, quare præmissa ratio non procedit, hoc faciliter excludetur, quantum si exponatur per si, eadem ratione habet concedere quod potest facere Deum esse, vel quod Deus sit. Nam si pote quicquam facit, sequitur Deum esse, & quod Deus sit, neque omnis effectus posterior facit quam causam priorem esse. Nam si ille effectus est, illa causa est: Si autem exponatur per quia, sequitur opus suum effectuam sua prædestinationis contra quadragesimum tertium, primi libri: S: Verò exponatur per dum, eadem ratione canis potest facere quod quis sit prædestinatus: Potest enim latrare, & dum ipse latrat aliquis est prædestinatus, sicque quodlibet operans facit scriptum esse & quodlibet aliud: facit enim aliquid, & dum facit illud, ipsummet est & quodlibet aliud. Item si quis potest facere ut sit prædestinatus, faciat: tunc illud facere est prius naturaliter quamvis sit prædestinatus: quia opne facere præcedit naturaliter suum factum quod falso est: Quia quicunque puto est, vel post erit prædestinatus, fuit prius eternitatis prædestinatus sicut quadragesimum secundum primi docebat. Item omnis factio est naturaliter prius factum, & factum simul est in termino à quo & in termino ad quem, sive que vacum esset moare: Pater quoque Philosophi s. Phys. 7. & post 5. & 6. Phys. 32. & per Auctoritatem coram: Qui ergo facit quod sit prædestinatus, prius fuit non prædestinatus & nunc est prædestinatus contra capitulo allegatum. Item si quis posset formam temptationis per propriis viribus superare, posset similiter meritum suum augere (illud enim est difficultatis longe maius) contra quadragesimum quartum primi. Item cum superare temptationem sit meritorium, posset temptatus per multiplicatas superationes propriis viribus, sive Dei auxilio similiiter multiplicare meritum suum, & virtutes, & acquirere sibi præmium ultra terminum diuinum sibi præstitum contra quadragesimum quartum primi. Ita si gratias reprobatus temptatus posset ex superate temptationem de peccato mortali, posset ex mortis in gratia, & saluari, quare posset ex augere numerum electorum, vel vintates illius numeri permutare, quod est contra probabilitatem primi. Hic forsitan responderet Lumbardus, sicut responderet 1. sent. dist. 45. in hinc verba: respondemus ex ea ratione dictum esse, & verum esse numerum electorum non posse augeri vel minui, quia non potest verum simul esse, scilicet ut aliquis felicitus sit non sit prædestinatus, vel ut prædestinatus sit & damnatur. Sed ista exppositio sine glossa minus exarantur à textu. Nam Sacra Scriptura, & facti Doctores cum dicunt numerum talium vel talium non posse augeri vel minui, intelliguntur: Philosophi & Logici, & sicut ceterarum artium ceteri professores, & sicut communis hominum intelligere semper solet. Scilicet quod numero talium vel talium non potest apponi vires talis vintatis vel anterioris, non quod aliqua eius vintatis simul sit talis, & non talis: sic & Dominus ipse videtur in textu Gen. 17. cum diebat, Super Ismael quod exaudiuit te, ecce benedic eum, & augebo & multiplicabo eum valde; non aliud videntis intelliguntur: quod Ismael aliquem numerum hominum generaret, quem augeret apponendo multas similes vintates, non autem quod aliquis simul esset Ismaelita, & non Ismaelita: quare & immediate subiungit: Duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam: & Exod. 23. paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augeas, & possideas terram: & 1. Paralip. 2. 1. Augeat Dominus populum suum in ceteris quā sunt, & Psalmo 104. Auxit populum suum vesperebatur, & Act. 5. augebatur credentia, multitudine, ubi nihil aliud datur intelligi, nisi quod numero sive multiplicidomi credentium apponerebantur alii similes vintates scilicet credentes; non autem quod quis simul sit fidelis, & non credens, vel

II significat

Lumbardus.

Gen-

Exod.  
Paralip.  
Psalme  
Act.

A vel credens & non fidelis. Imo secundum istam responsionem sequitur multitudo credentium non posse augeri vel minui, quia non potest verumque simul esse, scilicet ut aliquis sit fidelis & non credens, vel credens & non fidelis; & videris sequitur, quod numerus vivorum ac mortuorum, numerus virginum aut corruptarum non potest augeri vel minui: Nullus enim potest simul esse vius & mortuus, nec via simul virgo & corrupta; & ita de similibus vniuersis quare & habet dicere consequenter, quod nullorum numerus potest augeri vel minui propter similem rationem. Item sicut ipse dicit ibidem, in his & huiusmodi loquuntur, ex ratione dicti diuidicata est sententia dictio: ratio vero dicti Augustini de Corruptione & gratia 6. scilicet, Prædestinatorem ita certus est numerus, ut non addatur ei qualquam, nec minuatur ab eis; & infra, codem: Certus est numerus electorum; est ita quia aliis non est accepturus coronam, nisi iste perdidit, iuxta illud Apoc. 3. Tene quod habes, ne alias accipiat coronam tuam, quod dictum cum fuardatione recitat ibi Lombardus: Cum ergo haec sit ratio Augilli; Nullus extra numerum electorum est accepturus coronam nisi aliquis de numero electorum suam perdidit, ergo certus est numerus electorum, & in ratione tua non intelligit aliud, nisi quod siquies electorum suam coronam perdidit, aliis appetatur loco suo, & coronam illius accipiet, non quod simul sit reprobatus, & prædestinatus, aut salvandus & non prædestinatus, vel prædestinatus & non salvandus; ergo conclusio est intelligenda similiiter; scilicet, quod certus est numerus electorum nec augendus ita quod aliqua vintas apponatur, nisi alia subtrahatur; nec minuendus ita quod aliqua vintas subtrahatur nisi alia apponatur, non autem quod non possunt augeri vel minui, ita quod aliquis simili est prædestinatus & reprobatus. Eadem quoque videtur ratio dicti Job 34. Conteret multis & innumerabiles & stare facit alios pro eis, & dicti beati Gregorij super illud, sicut recitat quadragesimum quartum primi, quare & eadem sententia dictio: Item si Augustinus intelligenter modo dicto, quid docet utile aut ignorum? Nullus enim catholicus, imo ne harcenus sciens quid nominum dubitauit, an aliquis simul solvetur & non sit prædestinatus vel est contra. Nec ista verba, numerus electorum est certus, nec potest augeri vel minui significat communiter iam modo dicto, sed quod numero electorum non potest addi aliqua vintas nec auferri: quare in doctrina Christiana debent accipi isto modo, ut quadragesimum tertium primi docet. Item ista responsio Lombardi habet pro codem, numerum electorum posse augeri vel minui & prædestinatum posse damnari, vel reprobatum posse salvare, sicut patet volentibus legere passum illum, quae ramen veraciter non sunt idem: Potest enim quis imaginari scilicet quod A qui est prædestinatus possit damnari, & B qui est reprobatus possit salvare absque hoc quod numerus electorum, vel etiam reprobatorum possit augeri vel minui; per hoc scilicet, quod A coronam suam amitteret, & B ipsam acciperet, iuxta dictum Angelii Apoc. 3. & per hoc, quod A conteretur, & B restitueretur pro eo, iuxta dictum Job 34, sicut etiam non est idem, numerum signorum super horizontem posse augeri vel minui, & aliquod signum super horizontem posse occidere; vel aliquod signum sub horizonte posse oriri: talis enim occasus vel ortus est possibilis, imo & necessarius, augmentum vero vel decrementum signorum super horizontem est impossibile: Semper enim necessario sunt tantum sex signa super horizontem, & necessario sunt reliqua sex sub illo, sicut in alijs libris demonstratur, semperque sicut unum occidit, aliud oritur. & è contra. Item ista responsio non evanuat argumentum, quia signatus reprobatus potest per se superare temptationem de peccato mortali, & mortis in gratia; potest hoc facere nullo prædestinatione cadente nec casu; ergo ad communem modum loquendi facit Scripturam, & Doctorum prædictorum; ipse potest augere numerum electorum contra allegata 44° primi: Ponatur enim quod numerus electorum præstitutus à Deo sit septem, & parum ante iudicium finale sint sex saltus, & sint A, B duo viatores in gratia; A prædestinatus, B vero reprobatus, nec sine plures, & tempore similiiter: Si ergo B posset ex gratia sua & seipso sine alio Dei auxilio superare finaliter omnem temptationem de peccato mortali, & faciat, non propter hoc cogitur A ad peccandum finaliter & ad mortem; imo potest similiiter superare, quod si faciat, erit numerus electorum octo: ergo B potest augere numerum electorum. Ad idem potest expressius argui, si ponatur parum ante iudicium numerum die & gratia esse complectum, & A in gratia viatorem reprobatum temptationem, &c. sicut prius. Et si quis concedere numerum electorum posse augeri vel minui modo dicto, habet contra eum allegata superiorius 44° primi. Item si posset augeri, ponatur in esse, tunc numerus electorum augetur, ergo prius fuit minor quam sit modo, quod falso est, quia quantuscumque nunc est, tantus fuit eternitatis præstitutus & prædestinatus à Deo futurus, ut 23<sup>rd</sup>. & 42<sup>nd</sup>. primi oceebant. Item electorum & prædestinaturum numerus augetur, hoc est per appositionem aliquius vintatis,

tis, qui sit A; ergo A est nunc de isto numero & prius non fuit: ergo A nunc est electus & A prædestinatus, & prius non fuit, contra capita memorata. Quare forsitan aliquis subtilius respondet, dicendo numerum electorum non posse augeri vel minui, sed posse esse maiorem vel minorem, quam præterit, vel sit modo, cum ramen enim videatur inferre oppositum alterius, & è contra; Videatur quoque si talis numerus possit esse maior, quod posset fieri major per oppositionem aliquius unitatis, &c. sicut prius. Item tuus an quis, puta B qui non est prædestinatus, posset esse p. destritus remanentibus omnibus alijs prædestinatis, ut prius contra illud Apoc. 3. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam; ubi significatur expressè secundum expositionem Augustini, & Gregorij recitatam, quod alius non est accepturus coronam electionis, aut prædestinationis diuinæ, nisi sit vel alius ubi similis suam perdidit. Et simili ratione, aliquis sicut A qui est prædestinatus, posset reprobari in manibus omnibus reprobis, sicut prius: contra illud Job 34. Conteret multos & innumerabiles & stare faciet alios pro eis, & contra beatum Gregorium super illud. Item tunc numerus electorum posset esse maior vel minor, perfectus vel imperfectus, abundans vel diminus contra rationem Anselmi, & Augustini recitatam, 44<sup>o</sup> primi. Item tunc numerus electorum posset esse maior vel minor, quasi in omni specie numeri saltem finiti, ergo non est assuer definitus & certus, nisi sic quod est finitus: cur ergo Scriptura sacra & doctores tam laborant inaniter ad ostendendum quod ille numerus est definitus & certus, si nihil aliud intelligant: nisi quod est finitus, non autem præcisè tantus aut tantus; cum hoc nulli sit dubium, nec vtile ad sciendum, quare nec docendum, ut quadragesimum tertium primi docet? Cū etiam dixit Augustinus verborum subtilissimum ponderator, prædestinatorum ita certus est numerus, ut non addatur eis quisquam nec minuatur ab eis, si nihil aliud intelligi voluerint; si quod numerus prædestinatorum est ita certus, quod non addatur eis quisquam nec minatur ab eis de facto, sicut est de omni alio numero quorumcunque numerorum: Nam quælibet numerata aliquo certo numero continentur, ita quod de facto non addatur eis quicquam scire, nec minuatur ab eis, quia tunc essent in alio numero non in illo: Ad quid ergo tum sollicite docuit, & per loca Scripturæ tam studiosè probauit, specialiter ergo sic esse de numero electorum, cum hoc sit generaliter verum de qualibet numero quorumcunque, & sine autoritate scriptura aut alla probatione quacunque notis terminis satius notum? Item tunc numerus electorum dependeret a voluntatibus hominum, scilicet a meritis eorum futuri bonis vel malis; sed secundum ponentes hominem posse ex se sibi Deo superare temptationem, & elicer bonum velle, tales hominum voluntates sunt simpliciter ad vitrum ubi contingentes, & respectu Dei penitus casuales, quia præter suum propositum accidentes, & quod sit à contingenti seu casuali est contingens, seu casuali similiiter ut patet ex 19<sup>o</sup> primi, ergo numerus electorum est contingens ad virutib; & casualis, ergo non est definitus & certus, contra suppositionem allegata. Item secundum illud numerus electorum non esset p. ordinatus a Deo, sed reflectus contingentibus voluntatibus hominum, casui, & fortunæ, contra superioris allegata, & specialiter contra illud Sep. 13. Omnia in mensura, numerio & pondere dispositi sunt, quia secundum datu, homines magis disponunt electos & prædestinatos in numero, quam faciat Deus ipse: Nam antecedenter & casualiter quia homines disponunt voluntates suas hoc modo vel illo, id est Deus subseruent & subexecutu dispensavit numerum electorum tamen vel tantum. Item si homo posset ex se superare temptationem quamlibet sine Deo, vanum esset orare Deum ut temptationem aliquam superaret, vanum esset pro tentatione victoria gratias agere Domino Deo nostro, ut docent quadragesimum quartum & trigesimum primum primi, quod quiunque concesserit, nedum vanus, sed & prophanus hereticus ab omnibus est habendus, cum etiam ethicus illi Philosophus 1. pars secreta secretorum 1. pro Alexander, sic ore; Dominus custodiat te ab omni opere in honesto; cum & tota Ecclesia Christiana secundum doctrinam capituli sui Christi, non vanus, sed sane Patrem suum qui erit in ecclesiis, sic ore; Ne nos inducas in temptationem, ut patet March. 6. & Luc. 1. Idemque Magister præcepit discipulis suis, dicens, Vigilate, & orate ne intratis in temptationem, Marc. 14. & Luc. 22. Et si quis non erubuerit fingere allegata intellihi de magnis temptationibus, sed quod parvus potest homo vincere per seipsum, conuincitur per Philosopham vbi prius. Cur etiam non docuit Christus sic orare, Ne nos inducas in temptationem, nisi quia de omni temptatione hoc volebat intelligi, & quis tam præsumptuosus & fatuus, ut ipsum super fatuitate orationis argueret qui Patrem ecclesie oraret ne ipsum in aliquam omnino temptationem induceret, magna autem parvam, cum tota Ecclesia ipsum sic ore, ab omni malo liberar nos Domine; & iterum, Concede quædam omni potestis Deus Sanctum nos Spiritum votis prometeri fedulis, quatenus eius gra-

A gratia ad omnibus libetemur temptationibus, & iterum, Doctore sic te precepio, vitem omnino novum; & iterum, Omnipotens & misericors Deus, vniuersa nobis aduentaria propria tuis excludit, cum multis similibus multis locis? Et hoc est quod Apostolus ad Rom. 8. deliberat profiteatur, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, & angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, quoniam propter te mortificatur tota die; estimati sumus sicut oves occisionis; sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos; non dicit, in aliquibus, sed in his omnibus superamus, & hoc sic dicit Glosa, non propter nos, sed propter eum qui dilexit nos. Aug. verò de gratia & libero arbitrio 17. & 37. & Prosper contra Caiuanum 21. alieq. ac tandem autoritatem ad candem conclusionem probanda, non cum ista præpositione (propter) sed (per) sed in his omnibus, superauincimus, dicit Augustinus; superamus, dicit Prosper; & ambo, per eum qui dilexit nos. Quis etiam tam ingratus ut Deo non referat gratias, cum vice sit tentamen?

B & si quis sit talis audiat Apostolum 1. ad Cor. 1. 5. sic dicentem, Deo euentis gratias qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum; & 2. ad Cor. 2. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu; Audiat & Psalmista Psalm. 65. dicentem, Benedic genites Deum nostrum, & audiatis facite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos, id est, affectus & amores meos; sed illud communè Augustini, Pes tuus, amor meus, illo feror quoque feror: Qui & de libertate arbitrii ad Hilarym 4. dicit, Animus vclut pondere amore fertur, quoque feretur; & 11. de ciuitate Dei 28. ita corpùs pondere sicut animus amore fertur, quoque feretur. Vbi Psalmista Dominum benedic & quia posuit animam suam de morte cuique ad vitam gratiae, & quia non dedit eam per affectus aliquos vel amores à gratia coniuxi, ad culpam. Audiant etiam Machabæos, qui in hymnis & confessionibus benedicent Dominum qui magna fecerit in Israel, & victoriam dedicallis 2. Machab. 10. audiat inquam talis, & non minus grata referat gratias Domino pro victoria spirituall, quam ipsi regulerat pro victoria corporali. Amplius autem proportionaliter se habere videntur fortitudo corporalis ad victoriam corporalem; & fortitudo spirituall, sicut gratia, ad victoriam spiritualem; sed ex sola fortitudine corporali sine Deo invante non prouenit victoria corporalis, sicut probat 31<sup>o</sup> primi; quare nec ex fortitudine spirituall seu gratia sine Deo invante victoria spirituall poterat prouenire: Vnde & 1. Reg. 2. si scribitur, Pedes Sanctorum suorum feruabunt, & Reg. impij in tenebris conticebunt, quia non in fortitudine sua roburabitur vir; & Psalm. 32. Non salvatur Rex per multam virtutem, & Gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ: fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis sue non salvabitur: In quo ergo in eo quod sequitur; Ecce scilicet Domini super clementes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Ad quem effectum ad eum qui sequitur, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in famæ: Dicatur ergo & verè dicatur corde & ore omnes Catholicæ versum sequentem; Animæ nostra sufficiunt Dominum, quoniam adiutor & protectör noster est, ita quod non sit quisquam de quo veraciter posse dicit. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorium suum, sed sperauit in multitudine ciuitiarum suarum, in multitudine scilicet, seu magnitudine virtutum suarum, Psalm. 51. Nec sinit, qui Deo dicant cum impiis, Recede a nobis Job 21. sed dicat quilibet cum Psalmista, Adiutor meus esto Domine, ne detelinquas me; Psalm. 26. Vnde Aug. de Coceptione & gratia 3. In domo autem liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit, Si vos filii liberauit, verè liberi eritis, nec ita ut cum quisque fuerit a peccati damnatione liberatus, iam non indiget sui liberatoris auxilio, sed ita potius ut ab illo audiens, Sine me nil potestis facere; Dicat ei & ipse, Adiutor meus esto, ne derelinquas: Idem de perfectione iustitiae hominum 33. Deo dicitur, Adiutor meus esto ne derelinquas me; Non utique ad corporalia capessenda, & mala cauenda, sed ad gerendam perficiendamque instituta; propriètudinē dicimus, Ne nos in inferas in temptationem, E sed libera nos a malo. Nec adiuvatur, nisi qui & ipse aliquod agit; adiuvatur autem si inuocat, si credit, si secundum propositionem vocatus est: Currit ergo cum proficiens, dum sanitas nostra in proficiens currit, ut ex omni parte perfecti, sicut vila nimis omnino infirmitate peccati, quod non solu vult Deus, veram etiam ut implerit facit atque adiuuat; & hoc nobiscum agit gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, non solum præceptis, sacramentis, exemplis, sed etiam Spiritu Sancto per quem latenter diffunditur caritas in cordibus nostris; & supra codem 21. ostendit quomodo Dei præcepta sunt gravia, & quomodo leuata, & dicit quod gravia sunt timenti, leuata sunt amanti. Vnde sic ait, Laborant in Dei præceptis qui ea timendo cobuantur implero, sed perfecta caritas foras mitit timorem, & facit præcepta sarcinam leuem, non solidam non præmentem onere pondrum, vetum etiam sublevantem.

# De causa Dei.

C.A.P. 5.

B. 2.

leuentem vice penitentia, quia ramen charitas ut habeatur etiam ranta, quare in corpore mortis huius habeti potest, parum est noscitur voluntatis arbitrium, nisi adiunct gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: Diffunditur quippe in cordibus nostris, quod semper dicendum est, non per nosipos, sed per Spiritum Sanctum qui datus est nobis: qui enim dicit, Fiat cor meum immaculatum, & iniuncta mea dirige secundum verbum tuum, & non iniurias; dominetur mei omnis iniustitia, & fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, & Ne nos inferas in tentationem, &c. huiusmodi, hoc utique orat ut precepta Dei faciat, que ut fierent nec iubarentur si nil ibi nostra voluntas ageret, nec oraretur, si sola iusticeret. Et capitulo 22º. debent committeri charitati Dei non esse gratie mandatum Dei, qua non nisi per Spiritum diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium humana voluntatis, cui plus dando quam oportet, ignorari iusticiam Dei: Quantaunque ergo charitas habeatur, non sufficit liberum arbitrium ad faciendam Dei precepta, qua omnem concupiscentiam illicitam prohibent, & consensum in omnem tentationem nefariam interdicunt: sed adhuc indiget auxilio Spiritus Sancti, per quem charitas diffundatur in ea ad talia facienda. **Glossa** quoque super illud Psalmi 32. Non salvatur Rex per multam virtutem, &c. ita dicit: Agit de spiritualibus: sicut enim supra dixit, Quomodo sancti iusti, scilicet a Deo per gratiam, ita & sic dicit, Quod postquam facti sunt, ab eodem adiuvantur, & in bono conseruantur, quasi sic sunt iusti, sed nec facti sua virtute salvantur, quia non salvatur Rex, &c. Hoc idem posset ostendi per 42º. capitulum primi libro, ubi docetur, quod gratia seu charitas nihil agit, nisi quatenus a Spiritu Argentinus Sancto dirigitur in agenda: Unde Augustinus 1º capitulo, l. 1º.

*Augustinus* Sancto dirigitur in agendo: Vnde Augustinus 5<sup>o</sup>. contra Julianum 2. Quaudo, inquit, Deo donante ex veritate vivitur fide, ipse Deus adest & menti illuminandæ, & concupiscentia superstande & molestia persistente. Item si gratus posset omni tentationi resistere, vel hoc esset per auxilium gratie, vel per liberum arbitrium suum tentatum, & per auxilium gratie, hoc, effectu quia gratia in illa resistentia aliquid ageret, aut moueret vel fortificaret tentatum, aut eius fortitudinem conseruerat, & quicquid horum gratia faciat, hoc sola non facit sed Deus C par eam, sicut 2<sup>o</sup>. 3<sup>o</sup>. 4<sup>o</sup>. & 42<sup>o</sup>. capitula primi docent. Si per liberum arbitrium tuum tentatum, ergo frustra datur sibi gratia ad hoc faciendum, nisi dicatur quod per gratiam hoc taliter faciat, quod erat superioris reprobatum, in quo tunc sequitur, quod homo sine gratia, vel alio Dei auxilio qualisunque de liberum arbitrium suum.

*Augustinus.* stere, & strenue superare, quod superioris est damnatum. Item aliquis habens parvam charitatem, per illam sine alio Dei auxilio speciali tentationem superare non valer, dicente Augustino de gratia & libero arbitrio 36. qui vult facere Dei mandatum, & non potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc pugnare & invalidam, poterit autem cum magnum habuerit & robustam: quando enim Martires illa magna mandata fecerunt, magna virtus voluntate, hoc est magna charitate fecerunt; de qua charitate ipse Dominus ait, maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Ipsam charitatem Apololos Petrus nondum habuit, quando timore ter Dominum negavit: Timor enim non est in charitate, sicut ait Iohannes Evangelista in Epistola sua ad Corinthus 14. 32. *D*

*Augustinus.* rem & tamen quamvis parva & imperfetta non debeat, quando dicetur **Domino**, Animam meam pro te ponam: Putabat enim se posse, quod se velle sentiebat. Item quam tam cuncte gratiam quis habeat, adhuc semper indiget auxilio Dei ne peccet. Vnde Augustinus de natura & gratia 26. dicit, Medicus homo cum saluauerit hominem, iam de cætero sustentandum clementis & alimento corporalibus Deo dimittit: Ipse autem Deus cum spiritualiter sanaret regnum vel mortuum, id est, iustificare impium, & eum ad perfectam sanitatem, hoc est ad perfectam vitam iustitiamque perduxerit, non defterit, si non defteratur, ut pè semper iusteque vivatur; sicut enim oculus corporis erit plenissime sanus, nisi candore lucis adiutius non potest cernere, sic & homo etiam perfectissime iustificatus nisi aeterna luce iustitia divinitus adiuvetur, recte non potest vivere. Sanctorum Dei patrum & martyrum & confessorum

*Augustinus.* poterit videntur. Sancti ergo Deus non solum ut delectat quod peccauimus, sed & præstet etiam ne peccemus. Et idem ostendit 8. super Genesim ad litteram 19. priuilegium & diffusum. Item si quis etiam in charitate sine Deo iuvante, posset resistere tentationi, & facheret, ipse haberet magnum patientia meritum; & hoc a seipso, non a Deo, quod falsum est; quia omne bonum non primum a primo bono descendit, & quia bona merita ipsi meritentibus praedelinantur a Deo, sicut iugisimum primum & 45. capitula priimi docent; dicique Augustinus de gratia & libero arbitrio 16. Quoniam Pelagiani merita humana sic prædicant ut ex semetipsis habeat hominem dicant, proflus rectissime responderet Apostolus; quis enim te discernerit? Quid habes quod non accensisti? Si autem auctoritate patrum

quā non accepseris? profrūs talia cogitanti verisimē dicitur. Dōna sua coronāt Dēs, non  
merita tua; si tibi à teipso, non ab illo sunt merita. Hęc enim si talia sunt, mala sunt, que non  
coronāt

A coronat Deus; si autem bona sunt, Dei dona sunt: quia sicut dicit Iacobus, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum: Vnde dicit & Iohannes Domini nostri preculator, non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo: Iudeus enim venit Spiritus Sanctus; quando Iesus ascendit in alium capitulo duxit captivitatem, dedit dona hominibus; & sequitur capitulo 17. Si ergo dona Dei sunt bona merita tua, non Deus coronat merita tanquam merita tua, sed tanquam sua dona; qui & ad Sextum Presbyterum ut recitat Luenbarthus 2. sent. dicit 27. ut scribitur: Cum Deus coronat merita nostra, nisi aliud coronat quam munera sua. Hanc quoque sententiam sacra Scriptura & eius luci Doctores supremissime contestantur: Vnde propter ea quæ superius fuerant allegata, Psalmus 17. Deo dicit; quoniam in te cipiatur a tentatione, & in Deo meo transgredior murum; gloria, in te & per te, non a me cipiatur a tentatione diabolus: & Psalmus 90. Deus ipse cum ipso sum in tribulatione cipiatur eum; & Ecclesiasticus 33. tibi enim Deus non occurreret mala, sed in tribulatione Deus cum conservabit, & liberabit a malis; & Iob 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tangere me mala; & hoc est quod dicit Psalmus trigesimus tertius. Multe tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus, & Psalmus 65. Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commoriacione pedes meos; & Psalmus 24. Firmamentum est Dominus inter cubitum eum: & oculi mei semper ad Dominum, quoniam in ipso eucler de lege pedes meos, & Psalmus 93. Quis coniugat mecum aduersarios malignos, ait quis stabit tecum aduersarii operantes iniurias meas; nisi quia Dominus adiutor meus, paulo minus habitalet in ase anima mea. Si diebam motus est pes meus, misericordia tua adiutor abutitur in se; secundum numerum dolorum meorum in cordem meo; consolaciones tui laetificant in animam meam; & Psalmus 103. Aperiens te manus tota omnia impeditur in bonaitate; auertente ad te faciem tuam habuerunt confortum coram te.

C. **vbiq[ue] gloria** - Manus est pretesta Dei, quia abunde regiper omnia, ergo aperiente te manum tuam id est, pacem statim tuam, omnia implebitur bonitate, avertente autem te facies, multi impleri bonitate Dei, ab eis tabuerunt quod habebant, & facti sunt libi placentes, volens autem eos probare Deus, quod non a te habebant sed a Deo, vi cum bonitate habeam humilitatem, aliquid eis pertinet, ut taberet faciem, & cedent in tentationem, & ita offendit illis, quia quod induerant, & recte ambulabant, eo regente Iudea. **Erit psalmus 17.** Dominus mihi adiutor noster in die, quando facias misericordiam homini; in meo & ego deficiam in imicis meos: bonus et misericordia Domini, quam confidere in homine, aurum in principiis omnium gentes circumserunt me & interficerunt me, Dominus, qui vultus sum in eos, &c. Italia. Impulsis & cures suis ut caderem, & Dominus suscepit me, fortificans mea, & deus meus Dominus, & factus est mihi in salutem inde ex terra. **Dominus in civitatem dexteram Domini exaltauit me,** & **Psalmus 157.** Si ambulaueris in mediis, iudicioris, via sacrificii sp[iritu]i, & lucti, in dignis inimicis tuis, iniquorum extenuas

**D**imanum tuum & salutem meam ducat ad te; & Psalmo 22. **S**tabulauerit in medio umbrae mortis, tunc in luce, quoniam tu es qui mihi ducis ad lucem. **P**rospect contra Cafsum 2. ad eandem conclusionem probandum. Nullus est Salus iustorum a Domino; & protector eorum est in tempore tribulationis, & illud Ad 40 postulat ad Rom 8. superioris allegatum, & illud quod Christus dixit Petrus 1. 22. **F**ecit Satanas postulat ut crederet vos vellet retinere meo antichristo nomine ut ferte me fides deficiat et non immitate subiugari. **Q**uis in tribulacionibus non tenet deo, se non dubitet adiungatur ad quem quoniam corda universorum fratrum clamantur. **N**e nos induces in tempestatem, sed liberatos a malis quoniam custodiit Dominus noster sanctum Iosephum, de manu peccatoris libertabit eos, quod dictum est. **E**ius genitrix uero est gratia & liberatio ista ad hoc placuit. Item Job 6. que est fortitudinem eorum, statim. **C**ontra Job 1. **L**iberame & pone auxilium & euangelium pugnet contra me, si fieri debet. **A**d postulat ad Rom 8. **S**i Deus nichil sum, omnis

Apostolus.

Apostolus.

mili deputo omnia bona que fecisti; si vero peccantes alios respiciendo non potes perdere, A  
liquet quod a reatu nequit tua te non vales virtute liberare. Ecce diuina vox ad B. Iob dicitur, quod sua virtute non salutem, & tamen non nullum hominum, qui ab huius viri virtibus longe sunt, deinceps Dei adiutorio; sua se fortitudine salvari posse confidunt. Item i. ad Coriath. 1. o. dicit Apostol. fidelis autem Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potest, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis sustinere; ex quo patet, quod si Deus cum tentatione prouentum non faceret, tenaciter sustinere non posset. Vnde Augustinus de libertate Arbitrii ad Hilerium 2. sic ait: Valer itaque liberum arbitrium ad opera bona si diuinus adiuuet; Docet hoc ipsa Dominica oratio: Frustra enim Dominum rogantes dicimus, Ne nos inferas in tentationem; ne nos inferri desidero permittas: Fidelis enim Deus ait: Apostolus qui vos non permituit tentari super id quod potest, sed faciet cum tentatione etiam extum ut possitis sustinere; ut quid hoc dixit ipsum Dominum facere, si hoc sine ipsis adiutorio in sola nostra potestate est? Nam & ipsa lex in hoc adiutorio dat estiuit, qui ea legitime viuntur, ut per illam sciant, vel quid iustitia iam acceptant, unde gratias agant, vel quid adhuc eis debet, quod instanter petant; qui autem sic audiunt, quod ait lex: Non concupisces, ut hoc, quod addicserunt, sufficiere sibi arbitrantur, nec adiutorio gratus ad facendum quod iussum est, dari sibi virtutem credunt, & potentiam, ad hoc eis lex subintrauit, ut abundet delictum. Idem dicit idem Apostolus ad Rom. 8. Si secundum carnem vivitis, mortificamini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis & ne credere uero hoc fieri spiritu nostro non Dei, continuo subiungebat; quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Quare Beatus Augustinus de gratia & libero arbitrio 2. 3. sic dicit: Nec debet in homine, hoc est in vobis ipsis, non in Domino gloriaris, quando non secundum carnem viuis, sed spiritu actiones carnis mortificaueritis, ut autem non se exalsterent quibus ista dicebat, existimantes se suorum spirituum rarae haec bona opera facere posse, non Dei proprieitate, cum dixisset, si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, viuetis, coniunctu subiectis. Quis C  
quot enim spiritu Dei aguntur, non nisi Dei sunt, quando ergo spiritu facta carnis mortificaueritis, ut viuant, illum glorificare, illum laudare, illi gratias agere, cuius spiritu agimus, ut ista valeans, ut vos filios Dei esse monstratis & ceterum auctoritatem apostolice condonem ieiunium exponit de praedestinatione sanctorum, 13. & 6. contra Julianum 14. item Sadienium 8. dicit Sapiens isto modo: Vt sicut quoniam non possum aliter esse continentia nisi Dei derit, & hoc ipsum erat sapientia scribere, cuius esset hoc donum, adiutorium, & deprecatus sum illum; & Matth. 19. loquens Salvator de continentia virginis dicit: Non contumelias capiatur verbum istud; sed quibus datum est, & qui potest capere capiat. Apostolus quoque ad Cor. 7. loquens de continentia virginis, videlicet & coniugii, dicit, Volo autem omnes homines esse sicut meus ipsum. Felicitate virginiter continentem, sed vniuersique proprium donum habet ex Deo, aliis siquidem sic, aliis vero sic: Ergo nullus potest exinde D  
dico fratres Propter contra Gal. 2. 2. & Augustinus de gratia & libero arbitrio 8. dicens, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, & iugabut enim non est datum, aurum, autem impleri, quod volunt, ita ut hoc verbum, quod non ab omnibus capiatur, ab aliis sit, & liber arbitrii. Dei ipsi quoque pudicitia coniugali, Apostolus a Domino in ieiunio misericorditer auctoritatem dicit: Ideo Deo per gratiam & pacem tuam coniugalem per quam monsuo commendans & hoc illud donum Dei elemosinante, & dicens ad Corinthios & ad innonens: contigit ut ieiunem facient, quoscum ad monachum adiiciant. Vel continuo subiungit, sed vniuersique proprium donum a Deo habet, aliis sic, aliis autem sic: Et sequitur nono capitulo: Nequid tam multa que praecepimus in lege Dei, ne formicano- nes & adulterii committantur, indicant alium tam liberum arbitrium. Neque enim ruberent nisi homo haberet propriam voluntatem, quod quis praecepit obediens, & tamen donum Dei est, sine quo seruari catturas praecepta non potest. Vnde et illi in libro Scripturale, Cum forent quia nemo esset, & omnibus nisi Deus deo, & hoc ipsum ei scriptura testatur a concupiscentia sua abstractus, & lectus, ubi si dixerit, vole ferre, sed vincere in bono malum, quod tamen ut adiutorum carcerem, & non ut in bono, sed in malo, & non ut in bono, sed in malo, agitur enim concupiscentia, & maiores vires accipi, lege prohibente nisi adiuvetur spiritus gra-

A die, & addit capitulo 10. propter quod dicit & celestis Magister. Vigilate & orate ne intreris in tentationem: Ergo vniuersique contra suam concupiscentiam dimicans, occire intreris in tentationem; Nemo autem intreris in tentationem, si voluntate bona vincat concupiscentiam mortalium, ne tamen sufficit arbitrium voluntatis humanae, nisi a Domino victoria concedatur: Si enim dixisset Saluator, Vigilate ne intreris in tentationem, admonuisse tantummodo videtur hominis voluntatem; cum vero addidit & orate, ostendit Deum adiuvare, ne intreris in tentationem, & per eandem rationem probat 4. contra Iuliagum 2. continentiam coniugalem esse donum Dei; & similiter cap. 3<sup>o</sup> & 5<sup>o</sup> contra Julianum 15. Bene, inquit, discernis inter bonum minus coniugale, & bonum amplius continentis, sed tuem dogma non desiris inimicissimum gratia Dei: Dicis enim quod Deus continentiam gloriam libertate electionis honorauerit, dicens, Qui potest capere, capiat, tanquam haec capiatur, non Dei munere, sed arbitrij libertate; & taceas, quod supra dixerat, non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus datum est; vide quia dicas, vide quia racies, & capi, vlt. Augustinus in alio quid Julianum 15; quod vos dicitis, Christiana doctrina non dicit, id est ut verba tua ponam, hominem sufficere ingenitum sibi motibus feliciter, concupiscentiae dare leges; hos non dicimus, sed dicimus quod dixit Apostol. cum hinc loqueretur, vniuersique proprium donum habet a Deo, & quod dixit Deus, sine me nihil potestis facere; & non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, cum posse dicere non omnes capiunt verbum hoc, sed qui volunt, si verum est quod dicitis vos. Idem quoque de sancta virginitate 17. ita dicit, de ipsa continentali laquens; Apostolus ait, Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed vniuersique proprium donum habet ex Deo, aliis sic, aliis quidem sic: Quis ergo donum meum? Quis distribuit propria, vniuersique sicut vulnus? Nempe Deus, apud quem non est iniquitas ac per hoc qua exquirat ille faciat alijs sic, alijs autem sic, homini nosse aut impossibile aut omnino difficile est, quin tamen exquirat faciat dubitare fas non est. Quid tamen habes quod non C  
aceperisti aut quia peruerstare minus diligis a quo amplius accepisti? Quapropter haec possit indebitate humilitatis cogitatione, & sibi putet esse Dei virgo, quod talis est, ac non potius hoc donum optimum descendere desuper a Patre luminum. Et 18. cap. probat idem per illud Sap. 8. superius allegatum; & infra, Quisquis ab initio pudicus permanet ab illo regitur, & quisquis ex impudico fit, ab illo corrigitur, & quisquis in finem impudicus est, ab illo deseritur, & quasi per totum illum librum conclusionem istam cum suis annexis ostendit, ipsomet dicens, 2. Rerat. 23. Posteaquam scripti de bono coniugali, expetebatur ut scriberem de sancta virginitate, nec diffidat ut id Deinimum, & quoniam magnum, & quanta humilitate custodiendum est, vno sicut potui, volumine ostendi. Imo quod est maius miraculum, quilibet homo quodcumque peccatum committeret, nisi Deus eum specialiter preservaret, teste beato Augustino in De sancta virginitate; qui postquam virginitate plurimum extollebat, & sibi charitatem alsignauit custodem, collens virginibus iuriis occasionem quae posset earum minore charitatem, quia scilicet ipsis semper est viuenibus parum dimittitur; ostendit eas ardentius debere Deum diligere, quia in peccata cadere non permisit, quoniam lapsas quibus quicunque peccata dimisit, & quod debeat deputare tanquam eis omnino dimissum, quicquid malum ab eis non est illo regente commisum, quod tamen non esset aliquando verum, nisi Deus sic preservaret quicunque peccato non commisso, quod aliter illud committeret nisi quoque preservatus, amplius reputato Deus diligenteretur. Vnde cap. 17. ita dicit: forte minus timebis, magisque inflabis, ut modicum diligas cum, qui te tantum dilexit, quia modicum tibi dimisit, viuenti videlicet a pietate religione, pudice propter castitatem, illibata virginitate, quasi non tu multo a dignitatem debes diligere eum qui flagitosus ad te reuertens quicunque dimisit, in eate cadere non permisit; aut vero ille Praelitus qui propterea modicum diligebat, quia modicum sibi dimisit estimabat, nunquid ob aliud hoc errore cecubatur, nisi quia ignorans Dei iustitiam, & suam volens constitueret, in E  
spiritu Dei subiectus non erat. Vos autem genitum electum, & in electis electus virginis chorii sequentes agnum, etiam vos gratia filii facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus ne forte quis extollat: Ipsius enim sumus signum, qui creatus in Christo Iesu, in operibus bonis, ut in illis amabilemus: Ergone hunc quanto eius donis ornatiores esitis, tanto minus amabilis erat, tam horrendam ipse denuntiam. Proinde quoniam verum veritas dixit, quod ille cui modicum dimisit, modicum diligit; vos ut ardenter diligatis, cui diligendo a coniugiorum nexibus liberati vacatis, deputate vobis tanquam otionis dimissum, quicquid malum ab eis non est illo regente commisum: Oculi enim nostri semper ad Dominum, quoniam ipse tuellet de laqueo pedes nostros; & nisi Dominus custodiat ciuitatem in vacum vigilar, qui custodit eam; & continuo de continentia specialiter probat

probat idem ut superius allegauit: & addit: Ita non purabit modicum sibi dimissum, ut modicum diligat, & ignorans Dei iustitiam, ac suata volens constitutre, iustitia Dei non subiicitur. In quo vno Simon ille laborauit, quem superauit mulier, cui dimissa sunt peccata multa, quoniam dixit malum; sed carnis atque verius cogitabile omnia peccata sic habenda tanquam dimittuntur, a quibus Deus custodit ne committantur: & capitulo 23. Quicquid mali ipso custodiente non committitis; tanquam ab illo remissum deputate, ne modicum vobis existimantes dimissum, modicum diligatis. Qui in sermonе de Magdalema 6. O inquit, Pharise, ideo parum diligis, qui parum dimitti suspicaris; non quia parum dimittitur, sed quia parum reputas eis quod dimittuntur. Quid ergo, inquit ille? Ego qui homicidium non feci, homicida deputandus sum? qui adulterium non commisi, pro adulterio puniendus sum? aut ista mihi dimittenda sunt, que non commisi? Ecce iterum confitit duos, & loquamur ad eos; Venit vntus supplex peccator cooperatus spinis tanquam hericus, & nimis timidus tanquam lepus; sed pecta est refugium herinacijs & leporibus; venit ad petram, innenit ad petram refugium, auxilium accipit; Alius non multa commisit, quid ei faciemus ut multum diligat, quid persuadimus? contra Domini verba venientius, cui modicum dimittitur, modicum diligit. Ita plane, coi modicum dimittitur; sed o tu qui dicas te non multa commisisti, querio, quo regente? Non est Deo? Deo gratias quid mouit & voce vera intellexisse vos significatis. Iam ut video soluta questio est: Hic multa commisit, & multorum debitor factus est; ille gubernante Deo pauca commisit; cui deputat iste quod dimisit, hinc & ille deputat quod non commisit; adulter non fuisti in illa tua vita praeterita plena ignorantiae, nondum illuminatus, nondum bonum malumque discernens, nondum credens in illum, qui te nescientem regit; hoc tibi dicit Deus tuus, regebam te mihi, serubant te mihi, ut adulterium non committeres; sua forfuit, & vt sua forfuit, ego feci; locus & tempus defuit; & te haec defecit ego feci; affuit sua forfuit, non defuit locus, non defuit tempus; ut non consentires, ego tenui; Agnosce ergo gratiam eius, cui debes, & quod non commisisti. Mihis debet C quid faciunt est, & dimissum vidisti; mihi debes & tu, quod non fecisti; Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector a quo factus est homo. Item 22<sup>a</sup> propoſitio ſententiarum Properi, cui & premittitur titulus de adiutorio iniustitia continentur. Sed hic forsitan aliquis respondebit, & dicet, quod liber Augustini praeſtitus inticulatur non de virginitate simpliciter, sed de sancta virginitate; Ideoque omnia illa de virginitate ſeu continentia superius allegata, debent inceſtigi de sancta virginitate, aut continentia sancta, & alia similia, cuiusmodi tantum in infidelibus reperitur, propter sanctimoniam castitatis que omnes virtutes perficit, & consummat, quia omnis sancta continentia quantum ad suam sanctitatem est a Deo, sed quantum ad continentiam ipsam simpliciter est a libero arbitrio voluntatis, id eoque & in infidelibus reperitur. Hoc autem refellitur per capitulum proximum manifeste, & per autoritatem Augustini in sermonе de Magdalena praemissam. Nec ita falsigraphia effugerat sanctos Patres: Hac enim fuit proterua Iulianи heretici Pelagi sectatoris, quam oppofuit Augustino dicenti quod continentia fuerat donum Dei; Continentia enim ut dixit Iulianus in infidelibus reperitur ex libero voluntatis arbitrio sine alio dono Dei. Vnde Augustinus 4. contra Iulianum 5<sup>o</sup> fit dicit; Acerbissimi genere iniici exempla nobis opponitis impiorum, quos dicitis alienos a fide abundare virtutibus, in quibus sine adiutorio gratiae, ſolum eft natura bonum; licet superflitionibus inveniuntur & sobrij: Ad hec autem Augustinus respondet dupliciter; Primo quod hec etiam in infidelibus sunt dona Dei, nec tantum a libero procedunt arbitrio; Secundo quia haec & huiusmodi in infidelibus non sunt vere virtutes. Vnde & in eodem 5<sup>o</sup> capitulo, sic redarguit Iulianum; Quanto ſanctis, ſi te impios ita laudare delecat, ut non audias dicentibus, ſed virtutibus veris eos praedicas abundante; quanto, inquam, ſatius hac ipfa in eis dona Dei esse faceretur, ſub cuius occulto iudicio, nec iniurio, alij fatui, alij tardisimi ingenii, alij obliuioſi, alij acuti memorie naſcuntur, & ita de omnibus differentiis alij vitiorum argues dicis impioſi esse virtutes diuini muneri, potius quam eorum tribueres tantummodo voluntati, licet ipſi hoc nesciant, donec ſi ex illo ſint preſumptuorum numero accipiunt spiritum qui ex Deo eft, ut ſciant que a Deo donata ſunt eis. Et in traſcripto probat idem per autoritatem ſchola Pythagorica & Platonicę, ita dicens; Verum tu in hac cauſa, etiā ſed ſchola Pythagorica prouoces aut Platonicis; vbi crudeliffimi atque doctifimi vii multo excelle-

E  
res

A res certe Philoſophica nobilitate, vietas virtutis non esse dicebant, niſi quia menti quodammodo imprimuntur, à forma illius aeternae immutabilisq; ſubſtantia qui eſt Deus; etiam illic aduersum te, quantum dona, qui nos vocavit, pieius liberales, clamato, nec in illis eſt vera iustitia: & intra codem probat ſpecialiter quod continentia infidelium non ſit vera virtus; & dicit, nec continentia ſive pudicitia vera virtus eſt impiorum, quia cum non ad ſuum referuntur Autorem Dei dona, hoc ipſo male his vientes efficiuntur iniusti: Ergo continentia & pudicitia eam impiorum ſunt dona Dei, & capitulo 10. dicit quod omnia bona infidelium, ita in animi ſue in corporis bonis ſint, Dei dona ſunt, & inferius 12. post longum proceſſum finaliter ſic concludit, Ex quo colligitor etiam ipſa bona opera que faciunt infideles, non ipſorum eſſe, ſed illius qui bene vituit malis. Quem venerabilis Beda sequens contra eundem Julianum hereticum fecit ſpecialiter vnum librum; in cuius capitulo 12. inter multos eius errores recitat illum vnum; Quam multos Philoſophorum, inquit Iulianus, ad audiūmus, & legitim, & ipſi vidimus caſtos, patientes, modellos, liberales, abſincentes, benignos, honores ſimil ad deliciis mundi reſpuentes, & amatores iuſtitiae non minus quam ſapientiae, vnde quæſo hominibus alienis à Deo, qua Deo placent? Vnde h. t. illis bona nihil de natura bona? De cum ut dixi, vel vnum omnia vel ſingulos ſingula libere videamus; cumque hominum vna natura ſit, exemplo ſuo inuicem ſibi ostendunt omnia in omnibus eſte poſſe quæ vel ſingula inueniuntur in ſingulis, quod & iam ſine Deo homines ostendunt quales à Deo facti ſint. Vide quid Christiani ſacere poſſint, quorum in melius per Christum reſtaurata natura eſt, & qui diuine gratiae iuantur auxilio; cui Beda capitulo 13. ſic responderet, Beda quod dicit multos Philoſophorum patientiam, caſitatem, modeſtiam aliasque de natura bono habere virtutes, conſtar quod quicunque Philoſophorum Christum Dei virtutem & Dei ſapientiam nescierunt; hi nullam veram virtutem nec veram ſapientiam habere viliam potuerunt: In quantum vero vel gulfum aliquem ſapientiae cuiuslibet, vel virtutis imaginacionem habebant, defuper hoc totum accepertunt, non ſolum munere prima conditionis, verum etiam quotidiana eius gracia, qui creaturam ſuum nec deſerent, deſerens, dona ſua prout ipſe iudicauerit hominibus, & magna magnis, & parua largitur paruis. Augustinus quoq; in ſermonе de patientia qui eſt quadraginta nonus inter eius sermones capitulo 12. Si quis, inquit, non habens charitatem quæ pertinet ad unitatem ſpiritus, & vinculum pacis quo Catholica Ecclesia congregata conneccitur, in aliquo ſchismate conſtitutus ne Christum neget patiū tribulationes, anguiſtias, famem, nuditatem, pericula, perſecutionem, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel ſtaras, vel beſtas, vel ipſam crucem timore gehennarum & ignis aeterni nullo modo iſta culpanda ſunt, in modo vero & hic laudanda patientia eſt: Non enim dicere poterimus melius ei fulle, ut Christum negando nihil horum patetetur quæ paſſus eſt conſtendo, ſed estimandum eſt forſa tollerabilis ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa vitaret; ſed merito queri potest virtus & iſta patientia domini Dei ſit, in viribus tribuenda ſi voluntate humana, quia quicquid ab Ecclesia separatur, non pro errore qui cum ſeparauit, ſed pro veritate sacramenta ſeu verbis quæ apud eum remansit, timore poenarum aeternarum poenarum patiū temporales. Cauendum eſt enim ne forte ſi Dei donum iſtam patientiam dixerimus, hi quibus in eſt, etiam ad regaum Dei creditur pertinere; ſi autem illam donum Dei negauerimus, cogamur facere ſine adiutorio & muovere Dei in voluntate hominis eſſe poſſe aliquid boni: Neque enim hoc non eſt bonum ut credat homo, aeterno ſupplicio ſe eſſe puniendum ſi negauerit Christum, & pro iſta fide quicquid ſupplicium perferat, & concernat humanum: proinde ſicut negandum non eſt hoc eſe donum Dei; ita intelligendum eſt, alia eſe dona filiorum illius Ierusalem quæ ſursum eſt libera mater noſtra. Haec ſunt enim quoddammodo hereditaria in quibus ſunt heredes Dei, cohabitantes autem Christi: Alia vero quæ poſſunt accipere etiam concubinato filii, quibus Iudei carnales, & ſchismati ci, vel heretici comparantur; quamvis enim scriptum ſit, Eiſe ancillam & filium eius, neque enim haeres erit filius ancille cum filio meo Isaac, & Abraham dixerit Deus, In Iſaac vocabitur tibi ſemini; quod ſic eſt Apoſtolus interpretatus, ut diceret, id eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei, ſed filii promissionis deputantur in femine, ut intelligeremus; ſemini Abraham ſecundum Iſaac propter Christum ad filios Dei pertinere, qui ſunt corpus Christi & membra, id eſt, Ecclesia Dei vna, vera, germana, catholică, tenens plam fidem; non eam que per elationem vel timorem, ſed eam que per dilectionem operatur; Tamen etiam filios concubinarum, quando a filio ſuo Iſaac dimisit Abraham, nonnulla eius largitus eft munera, ne relinquerentur omnino inanes, non ut tenerentur haeres. Sic enim legimus: Dedit autem Abraham omnem censum iuum Iſaac filio ſuo, & filii concubinarum ſuatum dedit Abramam munera, & dimisit eos ab Iſaac filio ſuo: Si ergo filii

si iuris liberis Ierusalem; alia dona ex hereditatorum; alia intelligamus hæredum: hi enim hæredes sunt, de quibus dicitur: Non enim accepimus spiritum terribilis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba: Pater. Item hæc responso supradicta non stat cum illo dicto Sapientis; Vt scilicet, quod non possum esse continens nisi Deus det: Loquitur enim ibi de continentia absolute, non tantum de sancta continencia in sanctitate, scilicet castitatis: Nec stat cum illo dicto Salvatoris: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, ipso indicente, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissem duxerit, mœchatur; discipulus eius dixerunt: Si ita est castus hominis cum vxore, non expedit nubere, sed supple, expedit continere; quibus ita dicentibus sic respondit, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: Sic ergo ipsi loquebantur absolute de nubere, & intellectu contineare; similiter videretur quod Salvator responderit ad similem intellectum; nec etiam potest stare cum illo dicto Apostoli, Vnusquisque proprium donum habet ex Deo, aliud quidem B sicut, aliud vero sicut: Ipsen enim loquebatur fidelibus iam conuictis habentibus charitatem; & ergo illa proprietas, siue alteras non potest intelligi de alicate continentia quamcum ad habitu[m] seu [charitatem] sua. Carentis, & quia [charitatis] carentia non dicitur ibi ab Apostolo donum Dei, intelligitur ergo de proprietate, seu alterata ipsius continentie essentia; iter, scilicet virginalis, viduialis; & etiam coniugalis; Fidelium habentium sanctitudinem casitatis; & si illum locum exponunt omnes catholici tractatores. Item Augustinus vt erat superius allegarum, tractans illud dictum Apostoli, dicit quod impossibile, aut omnino difficile est homini nosse, quia exequitur Deus faciat alij sic, alij autem sic: ergo Deus facit alium fidelem virginaliter, alium coniugaliter continere; quod etiam clare patet, quia si continentia virginalis, vel coniugalis fidelium dependet tantummodo ex libero arbitrio voluntatis humanae, sic, aliud vero libet vult sic. Item continentia à quocunque peccato est donum Dei, vt erat ab Augustino superius allegatum, ergo continentia conjugatorum fidelium ab actu coniugali culpabilis venialiter; immo & omnis conscientia fidelium vel infidelium à quocunque lapsa fornicationis, adulterii vel incestus est specialiter donum Dei; omnis ergo continentia nedum secundum suam circumstantiam que est sanctitas casitatis, sed secundum suam substantiam, siue se castitati coniuncta, siue sciueta, est veraciter donum Dei. Nec debet videri mirabile, quod Deus donat infidelibus casitatem, quia sicut 3<sup>ra</sup> capitulo, primi demonstrat, omnes res eorum infidelium diuina prouidentia gubernantur; ipse enim gratis, dat eis corpus & animam, & quicquid boni qualitercumque habent: Vnde Gen. 20. legitur, quod Abimelech Rex Ierare subiit Sarai uxorem Abraham, sed eam non tetigit, cuius causa redditur ibi talis; Dixit ad eum Deus, Ego scio quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vertangere eam; & supra codem 12. scribitur simile, scilicet quod Sarai uxor Abraham subiit est in deum Pharaonis Regis Aegypti, & quod Deus flagellauit Pharaonem & domum eius maxima proprie[te]t cam; in tantum quod eam omnino non tetigit, vi supplet omnes Catholici tractatores. Patet ergo quod quicunque superat tentationem castis casitatem, non tantum liberis arbitrij viribus, sed auxilio Dei hoc facit: Quare & in omnibus tentationibus alijs patet idem. Vnde Psalmista Psalm. 120. Dominus custodie te, Dominus protegio tua super manu[m] dexteram tuam; Per diem Sol non vret te, nec Luna per noctem; Dominus custodit te ab omni malo; & Psalm. 123. Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurerent homines in nos, forte viuos deglubissent nos, cum irascerebatur furor eorum in nos; forsan aqua absorberet nos; Iste autem est quintus Psalmus gradualis, & quintus gradus ut dicit ibi glossa, est, ut liberari a periculis non sibi, sed Domino tribuant; & ne hoc aduerbiu[m] dubitandi forte seu forsan quenquam ad dubitandum inducat, nunquid Psalmista hæc dixerit afferendo, an potius dubitando, sciendum secundum glossam, quod pro hoc Graco (¶) verbo dubitacionis; E Larini posuerunt forsan, quod intelligibilius diceretur, An putas, vt sit sensus cum exurgentem homines in nos, an putas quod viuos deglubissent nos, quasi diceret, in modo certe, ideoque secundum glossam in prima parte Psalmi sancti memorie quanta euaserunt, soli misericordiae Dei ascribuntur; in secunda vero gratias agunt, quia liberari sunt, dicentes; Benedictus Dominus qui non dedit nos in captiōnem dentibus eorum; Animæ nostra scitatur passim excepta est de laqueo venantium, laqueus conatus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum & terram; & Psalm. 124. Non relinquerit Dominus virginem peccatorum super sortem iostorum, vt non excedant iusti ad iniuriam manus suis: Item Apostolus 2, ad Cor. 4, sicut; Habetus thesaurem istum in yatis fictilibus, vt sublimitas

A mitas sit virtus Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem pacimus sed non angustiamur; apotiamur, sed non desstituimur, persecutionem patiamur, sed non derelinquimus; deijicimur, sed non perimus; & hoc sicut ipsemet dicit supra eadem 1. Vi non sumus fidentes in nobis, sed in Deo. Ad hoc idem facit planissime & plenissime utriusque series testamentum in lege, Prophetis, Psalmis, Hagiographis, Euangelij, ac etiam Epistolis universis. Satis ergo reputo cuilibet humilis catholicu[m] persuasum, nullum tentatum solius liberi arbitrij viribus sine gratia vel cum gratia quicunque, sine alio Dei auxilio & speciale posset tentationem aliquam superare; & si quis alter sapientia quamcumlibet gratiosus, caueat ne forte non sobrie sapiat, sed potius plus sapientem quam oportet, despiciat, presumat talis de sua virtute, sed caueat, quia Deus de sua virtute presumentes humiliabit. Dicat in abundantia sua, non mouebor in eternum; sed aduerat quid sequitur, Domine in voluntate tua preservasti decori meo virtutem, & caueat ne forte auerat faciem suam ab eo, & factus sit conturbatus, nec vila sit utilitas in sanguine suo, dum in corruptionem descendat; Dicat cum Angelo Laodicæ Ecclesiæ, Dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, sed caueat quod Amen testis fidelis & veritus Angelo illi dicit: Scio opera tua, quod neque calidus neque frigidus es: Utinam calidus essem atri frigidus, sed quia tepidus es & non frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicas quod dues sum, & locupletatus & nullius egeo; & ne scis quia miser es, & mendicus miserabilis; & pauper, & cœsus, & nudus. Non dicat Patri coelesti ne nos inducas in temptationem, & dicam sibi audacter quod in temptationem pessimam est inductus; nec dicat, Deus in adiutorium meum intendere nec certaria, quæ verax & humilis Dei Ecclesia cum omni deuotio[n]e dicere nulquam cessat, sed in arcu suo sperat, & eius gladius saluet eum, & sine dubio ipse auerat adiutorium gladii eius, & non auxiliabitur ei in bello. Destruet eum ab emundatione, & sedem eius in terra collidet; Minorabit dies temporis eius, & eum confusione perfundet; videbunt quoque iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent; Ecce homo qui non posuit Deum adiutorum suum: Non sic autem sobrium ecclesiæ filii, non sic sapient, non sic despiciunt, non sic insinuant, sed humiliari & veraciter sanè dicunt; Deus non noster, refugium, & virtus, adiutor in tribulatiōnibus, quæ inueniunt nos nimis; propterea non timebimus, dum turbabitur terra, propria firmitate presumens, & montes elevati, virtus proprias extollentes, in cotermatis profundissimi transserentur.

## C A P . VI.

Quod illud Dei auxilium speciale est voluntas eius inuidia,

D

Ostquam in precedentibus est oftensum nullum tentatum solius liberi arbitrij viribus sine gratia, vel cum gratia quicunque ab absque alio Dei auxilio speciale posse tentationem aliquam superare. Restat conseq[ue]nter inquirere, quod si illud auxilium quo tentati omnia superant tentamenta, & sine quo in omnibus superantur. Illud autem auxilium cum non sit liberum arbitrium, nec gratia creata seu caritas, quæ suat maxima dona Deitatis, & maximis auxiliis, quid potest esse nisi diuina voluntas? Nam si quisque Deus auxiliatur, voluntariæ auxiliatur, si quicquid agit ad extra non natura, nec ex sola cognitione, sed voluntate illud agit, sicut ostium & nonum capitula primi docent. Absit etiam quod quenquam fortuito aut casu valaret, quia tunc vigesimum secundum, vigesimum septimum, vigesimum octavum, & vigesimum nonum primi eum turpiter obiurgaret. Voluntas ergo dicitur est illud auxilium sine quo tentatus quilibet superatur, sicut ex 22<sup>o</sup> primi; & alijs præhabitis scripsi potest, & per quod tentatus quilibet superans efficaciter superat tentationem; sicut 10<sup>o</sup> primi cum præmissis ostendit: Vnde sanctus David in pugna spirituali satis experitus, qui frequenter lapetus & superans, ita dicit; Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius; Ira scilicet, in culpam prosterrens cui Dominus indignatur, & vita in innocencia sustinens cui Dominus voluntariæ auxiliari dignatur; quanquam & aliter exponatur, sed istam expositionem totius processus

processus illius Psalmi 2<sup>o</sup>, præcedit: Exaltabo, inquit, te Domine, quoniam suscepisti me, A nec delectasti inimicos meos super me, Dominus Deus meus, clamaui ad te, & sanasti me; Domine edixisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendentiis in lacum: & tunc excitando ad gratiarum actionem pro tantis beneficiis Domino statim subdit: Pfallite Dominum sancti eius, & confitemini memorie sanctitatis eius, quoniam ita in indignatione eius, & vita in voluntate eius, & secundum gloriam super verum sequentem. Ita ita est alius qui est omnimodo dominus misericordia tua coronasti nos; ubi gloria; Bona voluntas qua nos coronasti, nobis est ut secundum contrainimicium quod protegimus, & ipsa est ut corona, id est arma, quibus expugnatur inimicus; hæc secundum contra eum qui tentationibus & tribulationibus suggestit desperationem, & est sensus, bona voluntas tua protegit nos & vincere facit, vel ita, secundum quod à rotunditate dicitur, duo facit, quia corpus munis, & caput coronat; Ita gratia tua Dei voluntas qua nos vocat, est defensio hic contra omnia; & in futuro corona. Idem B Psalmi 43: Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tuus, quoniam placuisti in iis; & Psalmi 88. Gloriam virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum, Gloria; Tu es gloria, id est, exaltatio virtutis eorum quos non solum illuminas, sed etiam posse dat, Ecce beneplacito tuo, id est, quoniam beneficierit, non quia digni sumus, exalbat cornu nostrum. Item 2. Machab. vlt. Dominus non secundum armorum potentiam, sed præcepti placet, dat igitur victoriam. Et ne qua fallacia malitia Pelagianæ tibi surrepatur, audi unde quisquis sit dignus hoc enim honore condignus est quemcumque rex voluntate honorare; Hesteræ 6. dicitque Augustinus de praedestinacione sanctorum 12. Item quod dixi, salutem, religiosis illius nulli inquam definitus qui dignus fuit, & dignus non fuisse cui definit; Si discutatur & queratur, unde quisque sit dignus, non defuncti qui dicant voluntate humana, nos autem dicimus gratiam vel praedestinacionem diuina: Quicunque ergo est dignus victoria, non est ex se dignus, sed ex Dei gratia voluntate, qua & dignum victoria efficit, & victorem.

Glossa.  
Psalmarum  
Glossa.

Psalmarum.

Glossa.  
Machab.Hester.  
Augustinus.

## C A P. VII.

*Quod nullus non tentatus, solius Liberi Arbitrij viribus, sine gratia, vel cum gratia quantacunque creata, absque alio Dei auxilio potest peccatum aliquod evitare.*

T autem tractatum de vitatione peccati perficiam, tanquam superest ut prahabilitas consequenter ostendam, nullum enim non tentatum solius liberi arbitrij viribus sine gratia, vel in gratia quantacunque absque alio Dei auxilio potest peccatum aliquod evitare. Facilius namque est tentatio vitare *peccatum*, quam non tentatio vitare *tentationem*; Nam tota die tentamus inuidi, sed dumquam propriè peccamus inuidi; sed nullus tentatus solius liberi arbitrij viribus sine gratia, vel cum gratia quantacunque absque alio Dei auxilio potest vitare peccatum de quo tentatur, ut tria prima sua capitula doctrinam ergo nullus non tentatus solius liberi arbitrij viribus sine gratia vel in gratia quantacunque absque alio Dei auxilio potest vitare, quoniam de peccato tentatur, & si tentatur facit de peccato; & auxilium Dei non alit, necessario supertari secundum capitula memoria. Item quoniam non tentatur, hoc necessario est a Deo, quod non tentatur, sicut 11<sup>a</sup>. pars 1<sup>o</sup>. primi probat; & per 22<sup>um</sup>. primi Deus necessario habet aliquem actum voluntatis circa fidem non tentari, & non voluntatem, quia tunc per decimum primi, non tentaretur, ergo voluntatem, quia per idem decimum ipsum tentari non sinit; Vnde Augustinus in sermone suo in nativitate sancte Marie Magdalene cap. vlt. Hoc, inquit, tibi dicit Deus tuus, regebam te mihi, seruabam te mihi vi adulterium non committeres, sicutor defuit, & ut sicutor defuerit, ego feci; locus & tempus defuit, & ut hæc defuerit,

ego

tentamen-  
tum,

Augustinus.

## C A P. 8.

## De Causa Dei.

491

A ego feci. Item si quis non tentatus *huc & sic possit*, ponatur in esse; tunc per vigesimum secundum primi Deus habet aliquem actum voluntatis circa istam uitationem, & non noluntationem, quia tunc per decimum primi, ipsa non sicut; ergo voluntatem; ergo per idem decimum ipsum superabile auxilium sibi præstat. Item illa uitatio vel fit agendo, vel non agendo; si agendo, Deus est ibi prima causa agens, sicut tertium, & quartum capitula primi probant; si non agendo, adhuc Deus est prima causa illius non actionis, sicut undecima pars 1<sup>o</sup>. primi docet. Item secundum allegata capitulo tertio huius secundi; Gratia est necessaria ad caendum peccatum, & hoc ut videtur etiam non tentatis: Quedam enim allegatorum ibi loquuntur generaliter de quibuscumque indistincte, non faciendo mentionem aliquam de tentatis, & illa gratia vel est Spiritus Sanctus, vel aliquid eius donum creatum, quod nihil facit nisi ipso Sancto Spiritu dirigente, ut patet ex eodem tertio & quarto sequenti. Item secundum ostensa eodem quarto, quilibet homo committeret quodcumque peccatum, si non esset a Deo specialiter preservatus.

## C O R O L L A R I V M.

*Corollarium, quod diuina voluntas sicut tentatos a ruinâ conferuat, sic & non tentatos tam a tentatione quam a peccato preferuat.*

V Nde manifestum est quod diuina voluntas sicut tentatos a ruina conferuat, sic & non tentatos tam a tentatione, quam a peccato preferuat: Istud corollarium per præhabita potest sumiliter demonstrari, sicut quintum capitulum conclusionem similem demonstravit. O ergo mira circa nos miseros & ingratis diuina pietatis dignatio, que non tentatos a tot & tantis tentationum turbibus intatos preferuat; tentatos in tot & tantis tentationum incurribus intostos conferuat, & per ipsam non per ipsos vincentibus tot & tanta præmia coaceruat: ut igitur ipsa ducente ab ingratitudine redcamus, rogemus humiliter ut & ipsa donante accipere mereamur non spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est, ut saltem sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, in quo clamantes Abba Pater hamillimas gratias in omnibus repandamus.

## C A P. VIII.

*De perseverantia, quid sit, & quod nullus viator quantacunque gratia creata subinxus, solius Liberi Arbitrij viribus, vel etiam cum adiutorio gratiae possit perseverare finaliter sine alio Dei auxilio speciali.*

Ostendit hæc de perseverantia est agendum: superbis namq[ue] Pelagius astruere presumebat, quod homo solius liberi arbitrij viribus possit omnia Dei mandata perficere, & omnia peccata vitare, sicut ex quarto secundi huius appetat; quare & perseverare finaliter ex seipso, quod & diversi libri beati Augustini contra Pelagianos editi contestantur: In primis igitur videndum de Perseverantia, quid sit ipsa: Hanc autem Tullius 2. veteris sue Rhetorica sic definis: Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua manu: Aristotelis vero 7. Eth. 7. ipsum perseverare definit hoc modo: Perseverare est in eo quod est decire, & pro differentia illius ad continere, subiungit; Continentia autem in eo quod est superare, quemadmodum & non vinci in vincere, propter quod & eligibilis continentia perseverantia. Cognito autem quid sit perseverantia restat consequenter ostendere, nullum viatorem corrupto corpore agnauatum in quantacunque creata gratia constitutum, solius liberi arbitrij viribus, vel etiam cum adiutorio gratiae possit perseverare finaliter sine alio Dei auxilio speciali: Nam per cap. proximum, Nullus viator quantumlibet gratiosus potest sic vitare peccatum mortale. Item Nullus

E

Nullus viator qualemlibet gratiosus potest sic vitare tentationem de peccato mortali, sicut Corollarium proximum infererat; & tamen constat ex capitulo proximo, quod & de se multum evidenter apparet, & si litteraturas de quoconque peccato mortali, non potest illud vitare, sicut quartum & quintum huius ostendunt. Item istam conclusionem omnia penè argumenta probabunt, que similes conclusiones de temptationibus superandis & peccatis vitandi in quatuor capitulo proximis probabantur; & pro ista conclusione similiter facit totum secundum capitulo primi libri. Ad hoc idem sunt tamen multæ autoritates Scripturae canonicae & Doctorum; quarum aliquæ fuerant superius allegatae, quibus tamen plures, si quis voluerit, remanent allegandas, ex quibus pauca & breviter allegabo. Psalmus 118. Deinde Deo dicit; Ordinatione tua perseverat dies, id est, angelus sue homo lucidus luce iustitiae; Ioseph quoque 14. scribitur Caleb sic dixisse; concepit Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vobis in presentem item; quadraginta & quinque anni sunt ex quo Dominus loquutus est verbum istud; Hoc dico ergo quinque annorum sum; sic valens, ut eo valebam tempore, illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat tam ad bellandum quam ad gradendum, sed per quem tantam fortitudinem sibi perseveravit, nisi per illum qui Num. 14. sic promisit? Scrum meum Caleb inducam in terram hanc. Et Deut. 29. Adduxit vos, ait Moies, quadraginta annis per electionem; Non sunt vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum consumpta sunt; panem non comedistis, viuum & siceram non bibistis, ut sciremus, quod ipse est Dominus Deus vester; sed quia secundum Apostolum 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis, quid posset per ista melius figurari, quam quod Domino nos ducentem omnibus annis peregrinationis illius per desertum in iuvum huius mundi, ipso perseverantiam largiente, non suam autricta vestimenta nostra spiritualia, scilicet virtutes, nec calceamenta pedum nostrorum, scilicet dona genitrix charitatis, duplicitus amoris, scilicet Dei & proximi, vestitatem consumpta sunt; per abusum; panem doctrina non comedimus, qui sine ipso confirmaret cor nostrum; viuet & siceram devotionis non bibimus, qui cor nostrum perseveranter testificat sine ipso; nec tam defecimus ut sciamus, quia ipse Dominus Deus noster, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt & constuant; qui & omnia verbo sunt virtutis sustinet, & iuppitat, recte eodem Apostolo ad Rom. 11. & ad Hebreos. 1. Simile est illud Gen. 27. Frumento, vino, & oleo stabiliuit eum. Quid etiam aliud quam perseverantiam fecerat ista, Conserua me Domine; Verbo Domini Coeli firmati sunt, id est, secundum Augustinum iusti sine Apostoli; Statuit supra petram pedes meos; Manda Deus virtutem; Confirmata hoc Deus quod operatus es in eis; Qui fundasti terram super stabilitatem suam; Custodi nos Domine ut papillam oculi; Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam; & multa similia multis Psalmis; Dicitque dixerimus Esaia 26. cap. Verbs fortitudinis nostra Syon Saluator, ponetur in ea maurus, & Atemurale ad custodendum, scilicet ciuitatem. Sanctus quoque David 1. Paralip. vlt. sic orans Dominum pro populo tibi deuoto, Dominus Deus, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in veneratione tui mensilla permaneas; quid illud petitur, quam perseverantiam consummatam? & cur eam petebat a Deo, si non datur ab eo, sed vniuersisque viribus proprijs illam posse habere, sicut quadraginta sextum primi plenius arguebat? Vnde beatus Augustinus de bono perseverantia 2. per idem argumentum tandem conclusionem ostendit: Cur, inquit, Perseverantia ista petitur a Deo, si non datur a Deo? An & ista tristitia petitor est, cum illud ab eo petitur, quod securi non ipsum dare, sed ipso non dante, esse in hominis potestate? sicut tristitia etiam est illa gratiarum actio, si ex hoc gratiae aguntur Deo, quod non donauit ipse, nec fecit; Sed nolite errare, inquit Apostolus, Deus non iridetur; & huic argumento multum initiorum quasi per totum illum librum, vt patet cap. 3. 6. & 9. vbi & allegat hoc a beato Martire Cypriano, de Dominicâ oratione, & est epistola sua quinta, & alijs locis multis. Et sicut ille David pro perseverantia populi sui Deum oravit, sic & David noster Dominus Christus pro populo suo Deum Patrem oravit; Pater, inquit, sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos; cum essem eis, ego seruabam eos in nomine tuo; quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his petiti nisi filii perditionis, vt Scriptura impletatur: & infra, Non rego ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo: cuius doctrinam Sacerdotes sui sequentes sic orant: Custodi quicunq[ue]m Domine Ecclesiam tuam propitiatione perpetua, & quia sine te labitur humana mortalitas, tu semper auxiliis & abstrahatur a noxijs & ad laboraria dirigatur. Item 3. Reg. 13. ait Dominus ad Eliam, Diceliqui mihi in Israel septem millia viatorum, quorum genua sunt incurvata ante Baal; & omnes eos, quod non adorauerit eum osculari manus. Quicunque ergo non inscutuargenua fuerint ante Baal, ut à iustitia deselectur in opere,

A nec ore cordis aut corporis cum adorauerit, aut osculatus fuerit manum eius in cogitatione vel loquitione, non viribus suis aut meritis, sed data gratis perseverantia à Domino custoditur: Non enim diceret Dominus, Diceliqui mihi septem millia viatorum, &c. si non ipse sed ipsi se portus Domino reliquist, dum per se, non per eum, idola reliquerunt; sic etenim arguit Apostolus ad Röm. 1. ostendens quod reliquia Israhel per gratiam salutis fiant; Nunquid, si fuerint dicit Apostolus, Repulit Deus populum suum? Absit! An nesciis in Elia, quid dicit Scriptura? quid dicit illi diuinum responsum reliqui mihi septem millia viatorum qui non curuerunt genua sua ante Baal; sic ergo & in hoc tempore reliquia secundum electionem gratiae Dei salutis factæ sunt; si autem gratia, iam non ex operibus; ex hoc ergo quod Deus dicit, Reliqui mihi, &c. inquit Apostolus quod Deus hoc fecit, non ipse, & quod Deus hoc gratias fecit, scilicet secundum electionem gratiae, non pro meritis, si enim pro coram meritis hoc fecisset, ipsi per sua merita prius & principalius quodammodo hoc fecisset; sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquia secundum electionem gratiae Dei salutis factæ sunt, sicut suppte in illo tempore illæ reliquia, seu illi reliqui salutis factæ sunt, non à se, scilicet, sed à Deo, & hoc gratis, non ex operibus. Beatus etiam Augustinus de bono perseverantia 54. tractans istud *Augustinus.* Apostolicum argumentum, sic ait; Apostolus, ut ostenderet Dei gratia fuisse reliqua reliquias, non meritis operum eorum, secundus adiunxit, An nesciis in Elia quid dicit Scriptura? Quenadmodum interpellat Deum aduersus Israhel, &c. sed quid dicit illi, inquit, responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia viatorum qui non curuerunt genua ante Baal; Non enim ait reliqua suarum mihi, aut reliquerunt le mihi, sed reliqui mihi; Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquia per electionem gratiae salutis factæ sunt; si autem gratia, iam non ex operibus. Item Esaia 40. Deus sempiterius Dominus, qui creauit terminos terræ, non desierit, nec laborabit, qui dat lazzo virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat; deficient pueri & laborabunt. Glossa, id est pueriliter viventes, & iuuenes in infirmitate cadent, scilicet de virtutibus proprijs præstantes; & addit, Qui autem sperant in Dominum, mutabunt fortitudinem; assumunt pennas sicut Aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficiant. Et infra 48. Super Deum Israhel constabili sunt; Et infra, Huc dicit Dominus gubernans te in via qua tribulas. Item Ierem. 32. Ecce ego congregabo eos de viuenter terris, & redicam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter, & dabo eis cor vnum & animam, seu alias viam vnam, ut timeant me viuenteris diebus, & seruati eis pactum sempiternum, & non definiam eis beneficere, & timorem meum dabo in corde eorum ut non recessant a me: Vnde claret, quod tam redditio a malo, quam permanens in bono finaliter, scilicet viuenteris diebus, pasto sempiterno ut nunquam recessatur a Domino, quia est perseverantia usque in finem, non est insufficiens nec antecedenter ab homine, sed à Deo: Vnde & Augustinus de bono perseverantia 2. eandem conclusionem per eandem auctoritatem ostendit; Hanc enarrat, inquit, scilicet perseverantiam, præmisit Deus, dicens, *Augustinus.* Timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recessant, quod quid est aliud, quam quod talis ac tantus erit timor meus quém dabo in cor eorum, ut mihi perseverantia adhaereat? Cui & Sanctus David, Sancti Spiritus cithara apollinis concinit Psalm. 79. dicens, Deus David. virtutum, conuerte nos, respice de celo, & vide, & visita vineam istam, quantum ad conversionem à malo; & perfice eam, quam plantauit dexteram, quantum ad perfectionem in bono; & super filium hominis quem confirmasti tibi, fiat manus tua, scilicet perseverantie sustinens & confirmans super virum dexteram tuum, quem scilicet Spiritus Sanctus dexterum dedit, de sinistra ad dexteram conuertat; & super filium hominis, quem confirmasti tibi ipsum nullatenus dimittendo; & non discedimus à te: Mere propheticò præteritem ponit profuturo, quasi diceret magnificè; Si hæc cuiilibet nostrum feceris, non discedemus à te, sed perseverabimus tecum usque in finem; Et video subiungit reliqua de futuro; Vniuersicabis nos, scilicet vita æterna, quia qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit, Matth. 10. Ideo que subiunxit, Domine Deus virtutum conuerte nos, scilicet de malo ad bonum, & Ostende faciem tuam, scilicet et voluntatem tuam, nos in bono perseverantes finaliter faciendo, & saluus erimus: Vnde & Beatus Augustinus de bono perseverantia 1. ita dicit; Post casum hominis non nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, ut homo accedat ad eum, neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo, hanc posuit in illo in quo sortem consecutum est, predestinatus secundum propositum eius, qui viuentera operatur, & per hoc sicut operatur ut accedamus, ita operatur ut discedamus; propter quod ei per prophetam dictum est; Fiat manus tua super virum dexteram, & super filium hominis, quem confirmasti tibi, & non discedimus à te: Ille certè non est Adam primus, in quo discedimus ab eo, sed Adam nouissimus, super quem fit manus eius, ut non discedamus ab eo; Christus enim tuus.

tus cum membris suis est propter Ecclesiam, quae est corpus eius, plenitudo eius : Cum ergo A  
sit super eum manus Dei ut non discedamus ab eo, ad nos vixque peruenit opus Dei, hac est  
in manus Dei quo opere Dei sit, ut simus in Christo permanentes cum Deo; In Christoc-  
tum fortis conseruati sumus praedestinationis secundum propositum eius qui vniuersi operatur:  
Manus igitur Dei est ista non nostra ut non discedamus a Deo. Item 2. ad Cor. v. 1. Ora-  
mus, inquit Apostolus, vestram consummationem, & quid aliud est hoc quam orate eorum  
perseverantiam consummatam? sed a quo hoc eravit nisi a Deo? a quo ergo datur nisi ab eo?  
Idem ad Rom 14. Potens est Deus statuere illum de quo nullus ad literam dubitat; hoc er-  
go nequam tantus doceret Apostolus, nisi aliud velle intelligi; scilicet quod omnem  
Augustinus. instantem Deus per suam potentiam statuit, non illius, quia non dicit, potens est homo seip-  
sum statuere, sed potens Deus illum statuere. Vnde Augustinus de bono perseverantiae 18.  
Apostolus. sicut dicit; Voluntate Dei stat, qui stat; potens est enim Deus statuere illum; Non ergo seip-  
sum, sed Deus. Idem de correptione & gratia 56. tractans eandem auctoritatem sic: Apostolus B  
respiciens ad praedestinationes ait; Stabat autem; & ne hoc sibi arrogaretur. Potens est enim  
Deus, inquit, statuere eum: Ipse itaque das perseverantiam qui statuere potens est eos qui  
stant, ut perseverantissime stent. Idemque Apostolus supra, ciuidem 4. similiter loquatur,  
cum dixit quod Abraham in reprobatione Dei non habuit, plenissimè sciens, quia qua-  
unque promisit Deus, potens est & facere, id est potenter facere quod promisit; Alias enim  
rationabiliter huius strasseret; quod & pareret per Augustinum de Correptione & gratia 52. de Pra-  
destinatione sanctorum 3. & 1. sicut allegatum est plenius 46<sup>o</sup> primi. Eodem quoque mo-  
do loquitur beatus Judas Apostolus in haec verba; Etiamque qui potens est vos conseruare si-  
ne peccato, & constituere ante conspectum gloriae sue immaculatos in exultatione gloriose,  
&c. Vnde Augustinus de Correptione & gratia 17. Apostolus, inquit, Judas, cum dicit, Ei  
autem qui potens est, &c. Nonne aperiūt simile ostendit donum Dei esse in bono perseverare  
vsque ad finem? Quid enim aliud sonat, qui potest conseruare vos sine offensione, & consti-  
tuere ante conspectum gloriae sue immaculatos in letitia, nisi perseverantiam bona? Item C  
quis tam insulsa despiciat, ut neget perseverantiam esse donum Dei, cum dicat sanctissimus Ie-  
remias; Timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me: Multa quoque alia  
testimonia adducta superius hoc testantur, cum etiam secundum beatum Apostolum Iaco-  
bum, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre  
luminum Iac. 1. & quod donum melius perseverantia viatori? Quis etiam Christianus tam  
tepidus ut Deum non ore, ut in boao fideliter perseveret? sed ad quid perseverantiam poscit  
a Deo, si non donetur ab eo? & quicunque eam donum Dei esse concederet, concederet nec-  
essario consequenter, eam non esse sufficienter aut antecedenter ab homine, sed a Deo: Si enim  
sic esset dominus ex seipso, non ita congrue donum Dei, sic donum hominis diceretur, nec  
ab eo congrue peteretur, sicut 46. primi plenius ostendebat; cum tamen nihil magis congrue-  
tur videatur quam ab eo hanc petere, qui hanc donat: Dicit etiam Apostolus ad Eph. 2. gra-  
tia salutis est per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; huc igitur est causalis D  
Apostoli, quia est donum Dei, ideo non est ex vobis. Et per istam rationem probat Augustinus de bono perseverantiae ipsam non esse homini a seipso sed a Deo; vnde capitulo secundo  
sic dicit, Videamus utrum haec perseverantia de qua dictum est, Qui perseveraverit vsque in  
finem hic saluus erit, donum sit Dei; quod si non sit, quomodo verum est, quod ait Apostolus, Vobis datum est pro Christo non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini  
pro eo? horum quippe vnum pertinet ad iurium, alterum ad finem; vtrumque autem est  
Dei donum, quia vnumque dictum est esse donatum; quid autem dici potest, cur perseveran-  
tia vsque in finem non donetur in Christo, cui donatur pari pro Christo? aut ut expressius lo-  
quar cui donatur mori pro Christo: Nam & Petrus Apostolus donum Dei hoc esse demon-  
strans, Melius est, inquit, benefacientes, si velut voluntas Dei, pati, quam malefacientes; cum  
dicit, Si velut voluntas Dei, ostendit diuinatus dari, nec omnibus Sanctis ut pro Christo pa-  
tiantur; Neque enim quos non vult voluntas Dei perueniente ad experientiam gloriamque  
passionalis, non perueniunt ad regnum Dei si perseverauerint in Christo vsque in finem. Si quis  
dicat istis non dati istam perseverantiam, qui aegritudine corporis vel quocunq; calu-  
muntur in Christo, cum longe difficulter donetur illis a quibus suscipitur & mors ipsa pro Christo; sed cui nihil difficile est, vnamque donat, hanc enim, scilicet faciliorē promisit Deus di-  
cens, Timorem vocum dabo in eorū, ut non recedant. Et infra eodem, Per hoc  
quod perseverantia poscit a Deo, ostendit eam esse donum Dei, & propter hoc quod est  
donum Dei, non esse homini a seipso, nec in hominē potestate si ipse non dederit: Vnde  
sic dicit, Cur perseverantia ista poscit a Deo, si non donatur ab eo? An & missaria penit-  
entia est,

A est, cum id ubi petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis po-  
testate? sicut in his est ut in illa gratiarum actio, si ex hoc gratia agatur Deo; quid non  
donavit ipse nec fecit; sed nobis errare, inquit Apostolus, Deus non irridetur, & homo;  
nec verborum tuorum tantum, verum etiam cogitationum talis est Deus; si aliquid a tanto  
digno veraciter & fideliter pos-  
it, ab illo a quo pollici te accipere crede quod poscis; Noli  
enim labi honorare, & superbum corde te extollere, credens a tuo obviis esse, quod ab illo  
te singulis orare. An ab illo perseverantia ista forte non poscit, cum ipsa oratione quae do-  
minica nuncupatur, quando oratur a Sanctis, nihil penè aliud quam perseverantia posci in-  
telligatur; quod & per singulas petitiones illius orationis secundum expositionem beati Mart-  
yris Cypriani in libro suo quem de hac re condidit, cuius titulus est de Dominica oratione,  
& est inter epistolā suas quinta; & secundum expositionem similiter propriam satī distulit  
& planū quatuor capitulū sequentibus manifestat. Vnde & capitulo 3<sup>o</sup> alegat Cyprianus Cyprianus.  
B dicentem; Dicimus; Sanctificetur nomen tuum, non quod optemus Deo, ut sanctificeatur  
orationibus nostris, sed quod petamus ab eo ut sanctificetur nomen eius in nobis. Ceterum  
a quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam &  
ego sanctus sum; id potius & rogamus, ut qui baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse  
ceperimus, perseveremus: Et infra eodem; Hinc inquit, sanctificatio ut in nobis permaneat,  
oramus, hoc diebus ac nobis postulamus, ut sanctificatio, & vivificatio, que Dei gratia sum-  
marit, ipsius protectione serueretur; & addit Augustinus, In sanctificatione igitur perseve-  
rantiam, hoc est, ut in sanctitate perseveremus, nos ab eo petere: Iste Doctor intelligit, cum  
sanctificati dicimus, Sanctificetur nomen tuum: Quid enim est aliud petere, quod accep-  
imus, nisi ut id quoque nobis praestet, ne habere delinatur; & ita prosequitur infra eodem  
capitulo, in ceteris consequenter; & idem proflus ad eandem conclusionem habetur de  
Correptione & gratia 16. & 17. vbi cap. 16. ita dicit; Negare quidem non possimus perse-  
verantiam in bono perficiente, & que in finem, magnū esse Dei munus, nec esse nisi ab illo  
de quo scriptum est, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, de-  
scendens a Patre luminum; & cap. 17. probat idem multis auctoritatibus sacrae Scripturae; Si  
dixeritis, inquit, perseverantiam sic est hominis, ut ei non sit ex Deo, illud primitus eva-  
ctus quod ait Dominus Petro, & est Luc. 22. Rogauit pro te ut non deficit fides tua; Quid  
enim ei rogarit nisi perseverantiam vsque in finem, quae profecto si ab homine homini esset,  
a Deo poscenda non esset: Deinde cum dicit Apostolus, scilicet 2. ad Cor. vlt. Oramus  
autem Deum ne quid faciat nisi, procubilium perseverantiam eis orat ad Deum: Neque eni-  
m nihil malum facit, quibonum deserit, & a quo declinare non debet, inclinatur in malum,  
non perseverantiam in bono: Illo etiam loco, ibi dicit, Gratias ago Deo, &c. quoniam qui ce-  
pit in vobis opus bonum, perficit usque in diem Iesu Christi, quid aliud eis, quam perseve-  
rantiam in bono, usque in finem vita Dei miseratione promittit? Item vbi dicit, Saluat vos  
D Epaphras super certans pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni voluntate  
Dei, quid est ut stetis, nisi ut perseveretis? Quid est etiam quod in Actibus Apostolorum le-  
gitimus, Crediderunt autem quocumque erant ordinati in vitam æternam? Quis in aeternam vi-  
tam potuit ordinari, nisi perseverantia dono; quandoquidem qui perseveraverit usque in  
finem, hic saluus erit: qua salutis nisi æternæ vbi & inuit notabile argumentum quod est  
tale; Si Deus quenquam præordinat ad aliquem certum finem, præordinat ibi omnia necesse-  
ria media ad hunc finem, & quæcumque cutunt, præordinat hanc & donat. Et de bono perseve-  
rantie, 3. facit simile argumentum, quod scilicet quoniamque vult aut poscit aliquem certum  
finem, vult & poscit quodlibet medium, sine quo non posset consequi illum finem: Vnde sic  
dicit; Cum dicitur, Adueniet regnum tuum, Natura aliud poscimus nisi ut vejatis, & no-  
dis quod esse venturum non dubitamus omnibus Sanctis: ergo & hic qui iam Sancti sunt,  
quid orant, nisi ut in illa sanctitate, que eis data est, perseverent? Nec enim altera tibi, ve-  
tas Dei regnum, quod non alijs, sed his qui perseverant usque in finem certam est, esse venturum.  
Et adhuc consequenter eodem capitulo, scilicet de Correptione & gratia 17. probat idem  
per istam petitionem orationis dominice; Sanctificetur nomen tuum, secundum exposi-  
tionem propriam & beati Martyris Cypriani, sicut ex capitulo 3<sup>o</sup>. de bono perseverantiae superius allegant. Idem infra eodem 26. Si confitarris donum Dei esse perseverare in bono usque  
in finem, cur hoc donum illi non accipiant? puto quod mecum patres nostri; \* Dei  
aut si ad liberum arbitrium hominis, quod non secundum Dei gratiam, sed contra eam de-  
fendis, patrineret dicis, ut perseveret in bono quicunque vel non perseveret, non Deo donant  
sic perseverat, sed humana voluntate faciente. Idemque de Natura & gratia 27. Admonen-  
tar, inquit, illi, ne dona Dei sua potestati tribuendo, scilicet extollendo gravius petant, quam  
est, finis.

## *De Causa*

Hieronymus

Iij cum  
Augustinus

II acceditur

Augustinus.

Iij. finit.

si nihil operarentur boni; quibus dicitur: cum tremore & timore vestrum ipsorum salutem operamini; Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari. Et ut in brevibus longa dicam, totus liber Augustini de bono perseverantie, & tunc totus liber eius de Corruptione & gratia à 16°. capitulo. consequenter istam conclusionem, quod perseverantia non est homini à seipso, per hoc medium quod est donum Dei, se reputat demonstrare. Item Hieronymus super illud Dan. i. Dedit Deus autem Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis Euthochorum; Ex quo, inquit; intelligimus pro necessitate rerum, si quandoque facti diliguntur ab infidelibus, Dei esse misericordia, non bonitatis hominum peruersorum: II Cuius & concordat Psalmus 105. dicens, Dedit eos in misericordias, in conspectu hominum qui cuperant eos. Audiat huc quod Augustinus de Corruptione & gratia, § 9. tuba Sancti Spiritus intonantem: In hoc, inquit, loco miseriatur ubi tentatio est vita humana super terram, virtus in infirmitate perficitur: quia virtus nisi ut qui gloriat in Domino glorietur, ac per hoc de ipsis perseverantia boni noluit Deus sanctos suos in virtibus suis, sed in ipsis glorianti, qui eis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possunt perseverare si velint, sed in eis etiam operatur & velle, ut quoniam non perseverabunt, nisi & possint & velint, perseverantie eis & possibiliter & voluntas diuinæ gratiae largitatem donavit: Tantum quippe Spiritu Sancto II acceditur voluntas eorum, ut ideo possit, quia sic volunt, ideo sic velint, quia Deus operatur ut velint. Nam si in tanta infirmitate vita huius ipsis relinquatur voluntas sua, ut in adiutorio Dei sine quo perseverare non possent, manent si velint, nec Deus in eis operaretur ut velint, inter nos & tantas tentationes infirmitate sua succumberent voluntas, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate voluntatis nec velint, aut non ita velint ut possent: Subuentum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut diuina gratia indeclinabilitate & insuperabilitate ageretur; & ideo quoniam infirma, non tamen desiceret, nec aduersitate aliqua vincerebat. Et cap. 49. Nunc autem, id est, post lapsum, quibus deest tale adiutorium iam præcita est; quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum, & tanto amplius datur per Iesum Christum Dominum nostrum; quibus id dare Deo placuit, ut non solum alsit, sine quo permanere non possimus, etiam si velimus, verum etiam tantum auctale sic ut velimus; sic quippe quod volumus, verum etiam velle quod possimus, quod non sicut in homine primo, & § 3. Primo hominem, qui in eo bono quo factus est, accepit posse non peccare, possit non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseverantie, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset: Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam predestinatis, non tale adiutorium perseverantie datur, sed tale ut ei perseverantia ipsa dovenit, non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint: Non enim solum dixit, Sine me nichil poteris facere; verum etiam dixi, Non vos me elegitis, sed ego elegi vos, & posui vos, D verum etiam in illa perseverantiam se dedidisse monstrauit. Item ponere hominem gratiam posse perseverare in gratia per seipsum, fuit error Pelagi: quod pater Aug. de bono perseverantia, vbi volens ostendere per petitiones orationis Domini, secundum expositionem B. Cypriani martyris perseverantiam in bono esse gratuitum donum Dei, & non esse homini à seipso, sic ait, Legite aliquanto intentius eius expositiorem, B. Cypriani martyris libro quæ erant futura Pelagianorum venena, quale hic antidotum preparauit. Nam ibi sunt quæ maximè contra eos catholica defendit Ecclesia; quorū est vnum, gratia Dei non secundum merititia nostra dari, quoniam dona Dei sunt, & Dei gratia etiā conferuntur vniuersa merita iusti gloriosi martyris libro: De duabus vero ceteris tantis illic prosperitate disseritur, ut supradicti & hæretici noui inimici gratia. Chirilli longè ante repertarunt coniuncti esse quam nati. In his ergo meritis sanctorum, quæ nulla nisi Dei dona sunt, etiam perseverantiam donum Dei esse sic loquuntur: Dicimus ergo, inquit, Sanctificetur nomine tuum, &c. sicut erant superiorū recitata; hoc idem patet per autoritates Augustini & Concilij Milevitan, & Synodi Palæstinae, ut capitulum tertium eius secundi superius allegauit; Quare & in sententijs Prospere propositione 131. dicit, Sicut duo sunt officia medicinae, vnum quo sanatur infirmitas, aliud quo custoditur sanitas: Ita sunt duo dona gratiae, vnum quod auctor carnis cupiditatem, aliud quod fact animæ perseverate virtutem; cuius simile ex libro de natura & gratia 26. quartum capitulum huius secundi superiorius recitauit. Cui etiam simile 8. super Genes. ad literam 19. scribitur

A scribitur in hac verba, Neque enim aliud est homo, ut factus deferatur eo qui fecit cum; possit aliiquid agere bene tanquam ex se. sed tota actio sua bona est ad eum concerta à quo factus est, & ab eo iustus, pius, sapiens, beatissime semper fieri; & non recedere fieri à corporis medico, sanari, & abire; quia medicus operarius corporis fuit extrinsecus seruus nature intrinsecus operarii sub Deo, qui operatur omnem salutem gemino illo opere prouidentia, de quo supra locuti sumus; Non ergo ita sedebet homo ad Deum conuertere, ut cum ab eo factus fuerit iustus, abscedat; sed ita ut ab illo semper fiat; eo quippe ipso cum ab illo non adest; cuius sibi praesentia iustificatur, & illuminatur, & beatissimatur operante & custodiente Deo, dum obedienti, subditoque dominatur: Nec enim, ut dicebamus, factus operatus homo tam, ut culta atque secunda sit, qui cum fuerit operatus abscedit, relinquent eam vel araram vel satam, vel rigaram, vel si quid aliud, manente opere quod factum est cum operatore abscessit. Ita Deus operatur hominem iustum, id est, iustificando eum, ut si abscesserit, maneatur in abscedente quod fecit; sed potius sicut aer praesente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non utique fieret, sed etiam absente lumine lucidus maneret; sic homo Deo sibi praesente illuminatur, absente autem continuo tenebratur; à quo non locum interualis, sed voluntatis auctoritione disceditur, & ab hoc loco 285. propositione sententiarum Prospere est excerpta, & sequitur cap. 20. Ille utique operatur hominem bonum & custodiat, qui incommutabiliter bonus est; semper ab illo fieri, tempore perfechi debemus inhaerentes ei, & in ea conuersione, quæ ab illius est, permanentes, de quo dicitur, Mili adhære Deo bonum est; & cui dicitur, Fortitudinem meam ad te custodiam. Item Anselmus de concord. 9. dicit, Quibus autem modi possit restitudinem eandem acceptam, gratia liberae arbitrii adiuuet, ut seruat quod accepit, quamvis non omnes valeam enumerare, (multitudinem enim hoc facit,) tamen non erit inutile aliiquid inde dicere. Nemo certe seruat restitudinem hanc acceptam nisi volendo, velle autem illam aliquis, nequit non habendum, do habere autem illam nullatenus valer nisi per gratiam, sicut ergo nullus eam accepit nisi gratia præuenienter, ita nullus eam seruat, nisi eadem gratia subsequente: Nempe quoniam illa seruat per liberum arbitrium, non tamen est tantum imputandum libero arbitrio quantum gratia, cum haec restitudo seruat, quoniam illam liberum arbitrium non nisi per gratiam præuenienter & subsequentem haberet & seruat; sic autem gratia sublequitur donum suum, ut nungquam, sicut magnum, sicut parvum sit, illud dare deficit, nisi liberum arbitrium volende aliud, restitudinem quam accepit, deserat. Idem in meditationibus suis in quadam oratione quæ inveniatur pro inimicis, sic ait; Omnipotens & piè Domine Iesu Christe, sicut nihil boni potui incipere sine te, ita nec possimi consummare vel custodire absque te.

## C O R O L L A R I U M

D Corollarium, Quod nullus viator solum Liberi Arbitrij vel gratiae viribus, aut amborum coniunctum sine alio Dei auxilio speciali potest perseverare per aliquod tempus omnino.

Vnde manifestum est, nullum hominem pro hoc statu solum liberi arbitrij viribus, vel gratia creare quamlibet, sine alio Dei auxilio, posse nedum perseverare finaliter, sed nec per aliquod tempus omnino, quod per præcedentes satis patet. Item si quis posset sic perseverare per vnam horam, cum in fine illius horæ esset ita tortis spiritualiter sicut prius, vel forsitan posterior, posset adhuc & quæ faciliter vel facilius perseverare, similiter per aliam horam sequentem, & sic per omnes, & ita finaliter contra capitulo iam præmissum. Item si quis sic posset perseverare per vnam horam, posset & finaliter: Nam finis illius horæ erit sibi forsitan finis vita, si enim duorum & quadragesimæ annis viaturus potest sic perseverare per horam, potest & alter viaturus tantum per horam, quare potest sic perseverare finaliter, quod præmissum cap. non permittit. Item si secundum uncap. primi docet, omne quod est naturale, & non est per se tale, sed est mutabile in non tale, si manere debeat immutatum, oportet quod innaturat continuè alicui per se fixo, quare & continet quilibet iustus Deo; Vnde Etia. 50. Specie in nomine Domini, & in uitio super Deum suum; Vbi Glossa, Ut humana fragilitas diuina triestate sustentetur, & Canticorum ultimum, Quæ est ista qua ascendit de deo ferti delicijs affluens, inixa super dilectum meum, sicut suum? Vnde Augustinus de gratia & libero arbitrio 15. dicit, Ita necessarium est homini, ut gratia Dei non solum sufficeret impius, sed etiam cum querit iustificatus ambulet cum eogratia, & incumbat super ipsam, ut cadas;

Augustinus.

Ecclesiast. Glossa. Cantica.

Augustinus.

cadat: Propter hoc scriptum est in Canticis Canticorum de ipsa Ecclesia, quæ est ista quæ A ascendit dealbata incumbens super strigulem suum: dealbata est enim quæ per seipsum alba sicut non posset, iam vero alba facta bene ambulat, sed si super eum à quo dealbata est, perseveranter incumbat.

## C A P. IX.

*Quod nec homo nec Angelus cum quantacunque gratia ante lapsum potuit perseverare finaliter, vel ad tempus sine alio Dei auxilio speciali.*



B Stenso, quod homo post lapsum per gratiam reparatus non potest solius liberi arbitrij viribus, seu etiam gratia create quantalibet, sicut alio Dei auxilio perseverare finaliter, nec ad tempus: Restat ostendere consequenter quod homo nec Angelus ante lapsum quantacunque gratia creata suffulsum sic potuit perseverare finaliter, vel ad horam: hoc nempe per rationes ostendentes conclusionem principalem capituli proximi similiter ostendetur. Item si liberum arbitrium in gratia ante lapsum sic perseverare valebat, valebat similiter tentationem quamlibet superare, & peccatum quodlibet preceudere, & cum iam post lapsum non sit infinitè debilius, quia sic totam suam fortitudinem penitus amisisset, posset & nunc cum tanta gratia quantum tunc habuit temptationem aliquam superare, temptationem felicer debiliorem in tantum, in quantum ipsum liberum arbitrium est debilius nunc quam prius, sicut proportionalitas debita clare probat, quod est contra quartum capitulum huius secundi. Vel etiam sic ad idem, quantum liberum arbitrium est debilitatum per lapsum, tantum habeat gratiam amplerem, ita quod semper eadem proportio conseruetur, &c. sicut prius. Et si quis voluerit respondere dicendo, quod ante lapsum nulla fuit difficultas omnino resistere tentatori, sed post lapsum semper est aliqua difficultas, quare ratio non procedit: Imò illa responsio retrocedet: Si enim liberum arbitrium proportionis viribus, vel cum gratia sine alio Dei auxilio tunc potuit sine difficultate omni temptationi resistere, posset & nunc, sicut cum difficultate\* aliqua. Difficultas enim nequam tam liberi arbitrii possibilitem excludit, & impossibilitem includit, quia si sic esset, nequam difficile, sed impossibile diceretur; adhuc enim vires liberi arbitrij licet debilitate & D difficultate aliqua resistentes alicuius temptationis seu tentatoris vires excēdunt. Multi quoque sancti in hoc statu sine aliqua difficultate aut molestia, imò cum magna facilitate & letitia temptationes quamplurimas, vt creditur, superabant, multa quoque peccata de quibus nullatenus tentabant sine difficultate aliqua, imò & cum facilitate maxime preceudebant. Nec est omnino clarissimum, quod Angelo vel homini ante lapsum nulla fuerit penitus difficultas: Mirum enim videatur si homo tunc potuit omne pondus suacunque difficultate, in quoque & equali facilitate qualitercumque mouere; Nec minus videatur mirabile si omnem ligamentum vel portum, sine aliqua difficultate, incertitudine aut errore, imò cum equali facilitate, certitudine & verificatione tunc potuit discreuisse; ista tamen propensioni studio dederimus: prosequens quod incipi. *Saintus* igitur Augustinus loquens de homine ante lapsum E Eccl. 88. sic dicit: Si factus est homo rectus, vt & manere in eadem rectitudine posset non sine diuino adiutorio, & suo fieri peruersus arbitrio. Idem de eodem de correptione & gratia 48. sic ait: Tunc deederat homini Deus bonam voluntatem in illa quippe cum fecerat rectum, deederat adiutorium sine quo in ea non posset permanere si velleret, & capit. 49. de homine & Angelo ante lapsum: Si, inquit, hoc adiutorium vel angelus ve[n]it homini cum primi facti sunt, defuisset, quoniam natura talis non erat facta, vt sine diuino adiutorio posset manere si velleret, non utique sua culpa cecidisset, adiutorium quippe defuisset, sine que manere non posset; & infra eodem, primus homo vt recuperet bonum grana non egebat, quia nondum perdiderat; vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio grata sine quo omnino non posset. Idemque de natura & gratia 50. recitat cutuldam argumentis per locum a

\* in aliquo  
figitur  
enque

Beatus  
Augustinus.

E primi facti sunt, defuisset, quoniam natura talis non erat facta, vt sine diuino adiutorio posset manere si velleret, non utique sua culpa cecidisset, adiutorium quippe defuisset, sine que manere non posset; & infra eodem, primus homo vt recuperet bonum grana non egebat, quia nondum perdiderat; vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio grata sine quo omnino non posset. Idemque de natura & gratia 50. recitat cutuldam argumentis per locum a

hili

A mili ostendete molientis, quod non peccare in nostra potestate sit positum, ita dicit: Sicut iste similitudines falsæ sunt, ita & illud propter quod eas voluit adhibere, sequitur enim, & dicit, Simili ergo modo de non peccandi possibilitate intelligendum est, quod non peccare nostrum sit, in nostra scilicet potestate; & addit Augustinus, Si de integra & sana homini natura loqueretur, quam modis non habemus, nec sic recte dicaret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, quamvis peccare nostrum esset natura, & ibi esset adiutorium Dei, & tanquam lumen sanis oculis, quo adiutu videtur. Idem quoque ad idem: 14. de Civitate Dei penult. dicit ita: Cur non permitteret Deus ut a malo Angelo primus homo qui restus, hoc est bona voluntatis creatus fuerat, tentaretur, quando quidem sic erat institutus, vt si de adiutorio Dei fiducier bonus homo, malum Angelum vinceret; si autem creatorem atque adiutoriem Deum superbè sibi placendo desereret, vinceretur, sicut bonum habens in adiutorio eiusdem voluntate recta, malum vero in deferente Deum voluntate peruersa; quia & ipsum fidere de adiutorio Dei non quidem posset sine adiutorio Dei, nec tamen ab his diuinæ gratia beneficis sibi placendo recedere non habebat in potestate: Nam sicut in hac carne, vivere sine adiutorio Dei & sine adiutoriis aliumentorum non est, non autem in ea vivere, in potestate est, quod faciunt qui seipso necant; Ita bene in ea vivere sine adiutorio Dei etiam in Paradiſo non erat in potestate, erat autem in potestate male vivere. Ex his ergo patet prima pars conclusionis principaliter ostendenda ex quibus etiam cum corollario proximo & rationibus ipsi sum probanibus patet similiter & secunda.

## C A P. X.

*Obiicit & respondeat.*



C Ie fortassis obiicit aliquis contra dicta: Nam Lombardus 2. sentent. *Lombardus.* dicit. 34. postquam allegavit quasdam autoritarum dictarum assertiorum Dei adiutoriorum esse necessarium homini vel Angelo ante lapsum, ad manendum in bono quod tunc accepérant, ita dicit: Hic considerandum est quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione, quo poterat manere si velleret & responderet; Illud utique fuit libertas arbitrij, ab omni labore & corporella immunitus, atque voluntatis restituto, & omnium naturalium potentiarum anima sinceritas, & vivacitas; & ad hoc facit, quod dicit Augustinus de Correptione & gratia, 48. Dederat adiutoriorum sicut quo non posset permanere si velleret, vt autem velleret in eius reliquo libero arbitrio; posset ergo permanere si velleret, & 57. vt non acciperet hoc donum Dei, id est perseverantiam vero

D in bono primus homo, sed perseverare vel non perseverare in eius reinqüentur arbitrio; tales vires habebat eius voluntas, quæ sine illo fuerat inposita peccato, & nihil ipsi ex seipso concupiscenter resistebat, vt dignè tanta bonitati, & bene vivendi felicitati perseverandi committeretur arbitrium. Idem de bono perseverantia, 10. Non discedere à Deo, & non inferri in temptationem non esse omnino in virtibus liberi arbitrij quales sunt; fuerat autem in homine antequam cadere; quæ tamen libertas voluntatis in illis primis conditionis praestabilita, quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui Diabolo cum suis cadentibus in veritate steterunt. Idemque Hypognost. 28. vt liberum arbitrium cum possibiliteris bono, quo valeret implere quod voluerat Adam, factum intelligas: audi quid dicat scriptura sancta in libro Ecclesiastico, Deus, inquit, ab initio fecit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui &c. quid est, autem, reliquit cum in manu consilij lui, nisi, dimisit cum in possibiliitate liberi arbitrij suis. In manu enim possibiliteris intelliguntur. Ipsa est prima gratia, qua primus homo stare

E posset, si seruare Domini mandata voluerit. Sed proculdubio micor non modicum, magistrum bonum, Doctorem catholicum, sc̄tatem Augustini precipuum, eius vera doctrina contempsa, ad Pelagiānas fallacias in hac parte fallaciter deuolutum. Nam sicut 39<sup>ma</sup>. primi retexūt, Pelagiāni dicunt, gratiam quæ est necessaria homini ad implendum diuina mandata, esse naturalia hominis, & liberum voluntatis arbitrium à Deo homini gratis datum. Quomodo ergo ponit illud *diuina* adiutorium homini & Angelo ante lapsum, ad standum in bono, necessarij requiritum, esse naturalia ius, & liberum arbitrium voluntatis? Di portuēt fortassis quod non est idem stare in bono, & implere diuina mandata. Quare licet liberum voluntatis arbitrium tunc fuerit homini vel Angelo adiutorium sufficiens ad standum in bono, non tamen ad implementum diuina mandata, sicut Pelagiūs posuit. Verum si liberum arbitrium

*Augustinus.*

*Augustinus.*

*Augustinus.*

*Augustinus.*

*Augustinus*

birim tunc sufficerat homini ad standum in bono, ergo & ad non comedendum de ligno scientia boni & mali, quia per comedendum de illo caderet; quare & si quis faciens homini ad impletendum divinum mandatum, de non comedendo de ligno praecepit, quod solum sibi fuerat imperatum, ut patet Gen. 2, quare & praecepit error Pelagiani adhuc redit, scilicet hominem per solum liberum arbitrium posse seruare Dei mandata. Et si adhuc respondeat, quod secus est de homine pro statu ante lapsum, & pro statu post lapsum; (Nam post lapsum non potest homo per liberum arbitrium sine gratia seruare Dei mandata, sicut mentiebatur Pelagius, sed potius ante lapsum.) Contra, si homo per solum liberum arbitrium sine gratia tunc potuit seruare Dei mandata, ergo & quereri: Non enim videtur alia ratio quare Deus sibi praecepit ne comedetur de illo ligno, quod nullo modo fuisset malum, si non fuisset prohibitus, nisi ut haberet in quo posset inire. Quis enim audeat dicere, quod Deus praecepit homini aliquid utile Deo, aut inutile homini, & quod nullius utilitatis fuisset tunc homini diuinis iussionibus paruisse? Vnde Augustinus 8. super Genesim ad literam 22. inquirens causam illius diuinis mandati, ponit prohibitionem trimembrem: Nam quandoque prohibetur aliud per se malum, sicut guttare herbam mortiferam, quod siue prohibetur, siue non, semper est malum facienti, & ideo prohibetur, ne prohibitus malum incurat: Quandoque autem prohibetur aliud, quod si hoc est malum prohibenti, ut si diues prohibeat quempiam pecuniam suam coartare, & ideo prohibetur ne prohibens malum incurat: quandoque vero auctum, & ideo prohibetur, non ut prohibens, aut prohibitus vitet malum, sed tactum ut prohibitus capter bonum, bonum, inquam, meritum, obediendo scilicet prohibenti: & si tunc prohibitorum Dei mandatum sub membro tertio continetur; qui & inter cetera ita dicit, Ab illo ligno, quod maius non erat, prohibitus est, ut ipsa per se precepit conferuatio bonum illi esset, & transgreditio malum: Et infra eodem: Cum vero illud tangitur, quod nec tangenti obesse, si non prohibetur, nec cuiuslibet alteri quamlibet tangatur, quare prohibutum est, C nisi ut ipsius per se bonum obedientia, & ipsius per se malum inobedientia monstraretur: Et adhuc interioris in eodem, Dominus quidem cur iussit videtur, faciendum est a serviente quod iussit, & tunc forte videndum est a promiscere cur iussit, a promiscere, inquit, & addit, Sed tamen ut causam iussionis huius non diutius requiramus, si haec ipsa magna est utilitas homini quod Deo seruit, ibiendo Deus utile facit, quicquid iubet voluerit & haec Autoritas allegatur in glossa Gen. 2. & 2. sententiam Lumbardi dist. 17. Item si homo perfuerit in bono, meruerit per hoc confirmationem, & beatitudinem sempiternam, & hoc potuit per liberum arbitrium sine gratia, ergo & illud, quod autem per stationem, confirmationem & Correctionem & gratia, [89] 39. Boni Angeli per ipsum libertum arbitrium in veritate stetunt, eamque de casu suo nunquam futuro certus manu scire meruerunt. Et capit. 40. Diabolus & Angeli eius, eti beati erant antequam caderent, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summae beatitudinis plenitudinem ipsius maius non acciperent. Et 41. Hominem fecit cum libero arbitrio, & quoniam sui futuri calus ignarus, tamen ideo bonum, quia & mortis & miseria non fieri in sua potestate esse sentiebat: In quo statu recto, ac sine viro, si per ipsum liberum arbitrium manere volueret, profecto sine mortis & infelicitatis vilo experientia, acciperet illam, merito huius permanentis beatitudinis plenitudinem, qua & sancti Angeli homini Deus bonam voluntatem in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum: Dederat adiutorium sine quo in ea non posset permanere si veller, sed quia noluit permanere, profecto eius est culpa, cuius meritum fuisset, si permanere volueret; sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt, & huius manu ceciderunt: semper se in illa esse mansuros. Erde bono perleuerant 10. Angeli qui, uenient meruerunt. Beatus quoque Gregorius 27. Moral. 25. super illud Iob 37. Tu forsan cum eo fabricatus es celos qui solidissimi quasi terra fusi sunt, sic ait; Polluit per celos, his simi quasi terra fusi sunt: Natura namque terrae est rubigine difficile consumi; & vitraria Angelicæ, que in diuino amore fixæ persistenter, lapus superbientis Angelis hoc jo manere restringuntur, ut nulla iam rubigine surripientis culpe mordet aut vici contemplationis conditoris suis felicitatis sine permaneant, & in hoc quod sunt condite exima stabilitate

*Gregorius*

A tate subsistant. Ex quibus Autoritatibus incidenter appetet, praeter predictum errorum Lumbardi alias adhuc duplex: Primus dicit Angelos ante suam confirmationem ipsam nullatenus meruisse, qui ponitur 2. sententiarum suarum dist. 5. quem per multis alias multorum sanctorum autoritates possem conuincere, nisi per hoc ab incepti proposito cogere declinare: Ad præsens namque tantum proponebam ostendere quod homo si manisteret in bono, & seruando Dei mandatum testificari tentari, per hoc aliquid meruisset, sicut sancti Angeli similiter meruerunt, quod & per autoritates præmissas me reputo ostendisse. Vnde pater secundus error Lumbardi qui ponit 2. sentent. dist. 24. ut viar proprijs eius verbis à quod recedere à malo, & non consentire temptationi, non fecisset illi, scilicet Adæ ante lapsum meritum, etiam si non consenseret, quia nihil in eo erat, quod ad nulam impelleret, sicut Angelis, qui non ceciderunt, non sunt meritum quod steterunt, id est, quod non corrueunt; Nobis autem meritum est aliquando, si malum non facimus, sed resistimus ibi duntaxat, ubi causa subest, quia nos B. id facere mouet, quia ex peccati corruptela protinus sunt ad lapsum gressus nostri: Vbi autem non interuenit causa nos ad malum impellens, non meremur si ab eo declinamus; etiamen dicit Augustinus 14. de Civitate Dei, penult. sicut capitulum proximum allegavit, quod primus homo sic erat institutus, ut si de adiutorio Dei desiderer, bonus homo malum Angelorum vinceret, meritum bonum habens in adiutoria diuinis voluntate recta. Anselmus quoque de Casu diaboli 14. inquirens quomodo bonus Angelus statu beatitudinem meruit, ita dicit, Angelus nec potest, nec debet esse beatus nisi velit, & nisi iuste velit; neccesse est ut sic faciat Deus utramque voluntatem in illo conuenire, ut & beatus esse velit, & iuste velit, quatenus addita iustitia sic tempore voluntatis beatitudinis, ut & refecere voluntatis excessum, & excedendi non amparet potestem; ut cum per hoc quia & voleret esse beatus, modum possit excedere, C. posset & debeat esse beatus, qui non volendo, quod non debet velle cum tamen posset, meretur ut quod velle non debet, nunquam velle possit. Beatus etiam Gregorius 34. Moral. 6. Gregorius super titul Iob 41. Cum sublatus fuerit, scilicet Leviathan, timebunt Angeli, & terru purgabuntur, dicit, quod sub futuri tempori modo præterita describuntur, & addit; Nec restat intelligentia sensum reliquius, si credamus, Leviathan isto ab arce beatitudinis cadente, in ruina eius etiam electros angelos expulisse, ut cum illum ex illorum numero superbis lapsus eiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret: Vnde & subdatur, & terribilis purgabuntur; Purgari enim sunt, quia nimur isto cum reprobis legionibus execute, soli in celestibus sedibus qui beatæ in æternum vivent, remanerunt; Huius illæ lapsus eos & iniquum, terruit & purgauit; terruit, ne conditorem suum superbè despicerent, eius scilicet similitudinem apperendo; purgauit vero, quia exentibus reprobis astum est, ut electi soli remanerent, & quia cunctorum opifex Deus scit ad bonorum custodium bene ut etiam mala actione, reproborum lapsus cadentium vertit in proiectum miserantium, & vnde punita est culpa superbientium, in humilibus Angelis & iniuria & solidata sunt augmenta meritorum: Istitus namque cadentibus, illis in munere datum est, ut cadere omnino non possint: Ergo secundum Anselmum & Gregorium, Angeli confirmati, suam confirmationem per hunc modum illud Apoc 12. Factum est prælium magnum in celo, Michael & Angeli eius prælia- buntur cum Dracone, scilicet resistendo; & Draco pugnabit, & Angelus eius, id est, tentando, & non valuerunt, ne locus eorum inuentus est amplius in celo; & proiectus Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanæ, qui seducit vniuersum orbem, projectus est in terram, & Angeli eius cum eo missi sunt. Vnde si ratio Lumbardi diligenter scrutinio ventiletur, videbitur multum infirma: Licet enim in homine ante lapsum, & in Angelis iam beatis non erat aliud, quod ad malum impelleret; erat tamen extra ipsos tentator fortissimus, qui ipsos quantum potuit, impulsus ad peccandum: qui eos fortasse ad malum tantum tunc impulsus, quantum aliqua pars tentatio hominem nunc impellit: Non est enim super terram potestas, quae comparetur ei; Iob 41. quomodo eum secundum catholicos tractatores, peccatum Angelis ideo est irremediabile, quia ex se non aliunde tentatus peccauit peccatum verò hominis ideo remediable, quia non penitus ex se, sed aliunde tentatus peccauit, nisi illa tentatio hominem ad peccandum aliquantulum impulsasset, alias in nullo excusabilior videretur, quia peccauit tentatus, quam si non tentatus peccasset: Quomodo etiam mulier

*Decay*